



1143.

oo 30

10

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**JURE ET JURIS-  
PRUDENTIA DOME-  
STICA,**

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDENBURGICI, ET PROVINCiarum HEREDE,  
ET RELIQUA,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

**JACOBО FRIDERICO  
LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROF. PUBL. EXTRAORD.

PATRONO SUO DEVENERANDO

Ad. d. Januar. MDCCIII. H. L. Q. C.

Publico Eruditorum examini submittit

**GEORG CHRISTOPH WEISE,**

Finsterwald. Lusat.

AUTOR ET RESPONDENS.

---

RECUSA, HALÆ MAGDEBVRGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1711.

io.

DISSESTITATIO PIRICIA  
JURE ET IURIS  
PREDICATIONE  
STICCI  
RECTORI MAGNIFICENTIA  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINA  
DN. FRIDERICO WILHELI  
IN HISTRIACAYDAM TRIGIANA  
LICOOH KRUGERICO  
FLUDAVICI  
DET PROLATIONE TUTOR  
TATOS ZEDOGMUS  
VLA. MDCCLXII  
Papilio Trigonus enim ipsius  
George Hartstotter Mee  
Autobiography of George Hartstotter  
George and Mary Hartstotter  
John Christian Hartstotter  
John Christian Hartstotter



DISSERTATIONIS JURIDICÆ  
DE  
JURE ET JURISPRUDENTIA  
DOMESTICA  
CAP. I.

De

Jure Domestico in genere.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

**A**cademiæ sub crassissimo Papatu sunt institutæ. Unde ex inde studio studiorum, quæ tunc temporis per traſtari solebant, phrasis utriusque juris vulgo explicatur. §. I. *Jus Domesticum*, ut & alie juris species plane fuerunt incognitæ. Nascitur inde quaſtio præjudicialeſ: An detur *jus domesticum*? §. II. *Jus eſt vel diuinum, vel humanum & uirumque hoc *jus* in Academiis Protestantium in collatione graduum in Facultate Juridica indigitatur*. §. III. Removentur dubia contra hanc explicationem juris utriusque a nonnemine opposita. In Academiâ Jenensi juris hujus utriusque expressa fit mentio. §. IV. *Jus Domesticum est species juris humani. Testimonium Hugonis Grotii, qui pri-mus ejusdem mentionem inſicit*. §. V. *Jus Domesticum non com-petit Patrifamilias jure proprio, sed ex conſeſſione Principiis, & ſic eſt ſubordinatum*. §. VI. *Consensu Ziegleri ſubjuguntur Nova explicatio diſtinctionis in *jus publicum* & *privatum** §. VII. *Non conſideramus *jus domesticum*, quatenus Patrifami-lia in ſtatu naturali viventi competit, ſed quatenus in Repu-blica vivit. An imperium ſtatus naturalis in ſtatu civili ite-rum reduci paſſi?* §. IX. *Summaria delineatio *juriſ domestici**

## CAP. I. DE JURE DOMESTICO

*Patrifamilias in statu naturali competentis per inductionem singularum societatum §. IX. Transitus ad jus domesticum in statu civili consideratum. Formatur distincte status controversie, §. X. Paterfamilias leges civiles cuiuscunq; generis nec in universum abrogare, nec circa easdem in casibus specialibus dispensare valeat. Illustratur exemplis ex iure Romano de promis. §. XI. Multo minus circa Leges diuinas, sive ex ratione ille hauriantur, sive ex revelatione aliquid innovandi potestas Patrifamilias tribuenda §. XII. Nec ea mutare valeat Paterfamilias, quæ ex communi totius populi consensu dependent. Exemplum de vocabulis rerum. §. XIII. Sententia Celsi ex l. 7. §. 1. & 2. ff. de suppelli. legat. buc pertinens §. XIV. Subjungitur, famosus casus in l. 4. ff. de legat. I. cum distinctione inter nomina propria & appellativa §. XV. Nomina propria immutare potest Paterfamilias, neutquam vero appellativa. Applicatur adducta lex ad scopum presentem. §. XVI. Monstratur ratio differentia tam diversa dispositionis. Nomina propria nihil ad rem conferunt, si de rei corpore constat, §. XVII. Alia est ratio quoad nomina appellativa. An vocabula ex ipsa rei natura proveniant? §. XVIII. Nominum appellativorum mutatio, nec in negotiis onerosis, nec lucrativis procedit. Distinguuntur diversi casus, & monstratur quoque etiam hoc passu aliquid indulgeri possit Patrifamilias. §. XIX. De significatu vocabuli: Domus. Transitus ad secundum Caput.*

## §. I.

**A**cademie nostræ quemadmodum sub crassissimo Papatu ad exemplar Italicarum in Germania introductæ fuerunt: ita quoque mos conferendi gradus Academicos eō modō, quem indoles eruditionis ejus temporis fecum cerebat, in iisdem receptus fuit. Juris prudentia scilicet, nam haec in specie ad scopum nostrum pertinet, absolvebatur quondam finibus duorum librorum, juris Justinianei & Canonici; distincta verò & accurata cura juris natu-

naturalis, publici aut Ecclesiastici ignorabatur, tali nemper eorum statu, ubi suppressis pretiis elegantiorum litterarum vestigiis, summa in quibuscunque ferè disciplinis barbaries intolerabilem dominatum exercebat. Ex quo tanquam necessarium consequens profluit, quod quando in Academiis Statuum Catholicorum & olim & hodiè adhuc *juris urriusque* Doctores creantur, eō ipso nihil aliud indigitetur, quam Doctores hosce *Juris Justinianei & Canonici* cancellis inclusos esse iisdemque circumscriptos.

S. II. Quod si verò, ut experientia fatis dilucidè comprobat, ignorantia juris naturalis, publici & Ecclesiastici in Academiis veteribus quondam floruit; quis non à majori ad minus securè inferret, omnem quoque *juris domestici* motitiam ex iisdem penitus relegatam fuisse. Quis enim eò audaciè progressus esset, qui terminum & juri Justiniano & Canonicō incognitum prorsus & inauditum adhibuisset? Nam & Canones & juris Civilis placita de eo nullam injiciunt mentionem. Accedit, quod apud veteres Glosatores, Juris Justinianei & Canonici potentissimos Monarchs, (vid. Dn. *Præses in Præfat. Compend. Novell.*) nihil quoque de eo reperiatur, ultra quorū sapientiam tamen progredi nefas quondam & piaculum erat. Nihil enim dicere volebant juris periti eorum temporum, quod non jam ante dictum fuisset, nilque nisi quod centum autoritatibus stabilitum cum encomio veterum scriptis suis inserere possent. Quae cum ita fese habeant, non immerito quis dubitaret, utrum hac parte quidquam innovare liceat, vel, ut clarius dicamus: *Andetur Jus domesticum?* de quo titulum dissertationis nostræ inscripsimus.

S. III. Hic ante omnia supponendum est, tot statui debere species Juris, quod species Legum inter homines reperiuntur. Quis autem est, qui ignorat actiones humanas partim ab ipso benignissimo Creatore immediate determinari, partim verò easdem normam suam à Principum arbitrio in qualibet Republica accepisse. Unde nihil obstat, quò minus

seposita veteri explicatione, ante adducta, phrasin *juriſ uriusque de jure divino & humano explicemus cum Besoldo in Differ. de Majest. in gen. ſed. 2. c. 1. §. 3. & in utroque hoc jure hodie, apud Evangelicos præcipue, Doctores atque Licentiatos creari adferamus. Quamvis enim Dn. Itterus in tr. de honor. & grad. Academ. c. 2. §. 15. novum & fortassis nunquam ante auditum exemplum appelliter, quod Dn. Enno Rudolph Brenneisen (jam Seren. Principis Frisiae Orientalis Consiliarius) Dissertationem suam in anguralem de jure Principis circa Adiaphora pro Licentia summos IN JURE DIVINO ET HUMANO honores & privilegia Doctoralia ritè capessendi inscriperit; nova tamen, imo & fortassis nunquam ante auditu exempla non statim tanquam erroneo fundamento superstructa venditari posunt.*

§. IV. Et quamvis subjugat Dn. Itterus, se satis prægnantes nondum videre causas, cur à recepta hac tenus opinione, quā jus Civile & Canonicum iis verbis solet designari, necessario recedendum sit, præsertim cum banc eorum significationem non tantum publicus Cesareorum Diplomatū stylus confirmet, sed & Brabeutæ in ipsis promotionibus haud raro Cœsarei s. Civilis atque Canonici juris appellatione differēt utantur, huncque titulum Candidatis suis impertiant; nobis tamen propterea sitis prægnantes causas recedendi à recepta hac tenus opinione adesse videtur, quia Academia, ut antea diximus, quod Evangelicos longè aliam induxerunt faciem, quā olim apud Pontificios gaudebant. Mutatio autem statū hāc parte etiam sine dubio mutationem jurium inducit. Ac quæ de Brabeutis in promotionibus Doctoralibus adferébantur, partim ex superstitione erga antiquitatem amore fiunt, partim verò ubique non observantur. Testis est Caspar Zieglerus, ab ipso Itero adductus, in Differ. de orig. & increm. jur. Canon. §. 68. (quæ præfixa est Ejusdem B. Autoris notis ad Paul. L'ncelotti Institutiones Juris Canonici,) quod in Academia Jenensi inter Articulos, qui Licentiatis proponuntur & ab iisdem cum juramento promit-

mittuntur, sextus ita sese habeat: quod *juxta jus DIVINUM & HUMANUM, leges scriptas, consuetudines & statuta honestapie, justè, incorruptè de jure respondere, judicare causas, aliaque munera boni & Cti obire velit.* Utrum ergò Brabeutæ ibidem, si rectè agere velint, al à juris utriusq; appellatione disertè uti poterunt? Denique quidem, quod addit Dn. Iterus, facile concedimus, esse sàmè hæc illa *jura*, (Romanum & Canonicum) quæ in publicis scholis primum Italiæ, post etiam Germania, jam olim doceri cœperunt, & in foris quoque non minus inferioribus, quam summis Imperiis nostris Tribunalibus insigne bodienum obtinent robur; sed consequentiam tamen nō comprehendimus. *Jus Canonicum & Civile adhuc hodiè insigne in foris* obtinet robur; ergo sub utriusq; juris titulo alia jura nō in comprehenduntur. Incidit siquidem nob̄ s in mente vulgatum illud; quod posito uno propterea alterum non sit ex iudicendum.

§. V. Applicatio ad scopum nostrum jam facile fieri potest. Quemadmodum enim, ut hæc tenus monstravimus, *Jus illud utrumque plus sub ambitu suo continet, quam Romanum & Canonicum:* ita quoque altera nostræ distinctionis species, *jus humanum* scilicet, solis Justiniani Legibus & Pontificum canonibus non absolutur, sed ipsum quoque, de quo in præsenti acturi sumus, *Jus domesticum* sub se comprehendit. Audiamus Hugonem Grotium hac de re in *tr. de jur. bell. & pac. lib. I. cap. I. §. 14.* differentem, hic enim, quantum quidem nobis constat, omnium primus vocem *juris humani* ita explicavit, ut *jus domesticum* quoque ejusdem subspecies haberi debeat. *Ab humano, inquit, jure incipiemus, quia id pluribus innotuit.* Est ergo hoc vel *Civile*, vel *latius patens* vel *arctius*. *Civile est, quod à potestate civili proficiuntur.* Potestas civilis est, quæ *Civitas præficitur.* Est autem civitas cætus perfectus liberorum hominum, juris fruendi & communis utilitatis causa sociatus. *Jus arctius patens & ab potestate civili non veniens, quanquam ei subditum, varium est, præcepta patria, dominica, & si qua sunt similia in se contingens.* Vides, Grotium *jus civile arctius patens* ad *præcepta patria,*

## CAP. I. DE JURE DOMESTICO

patria, dominica, & similia (id est, maritalia,) referre, quod ipsum nihil aliud est, quam jus nostrum domesticum.

§. VI. Non movet, quod tamen patrifamilias non competit potestas Legislatoria, & quod quotiescumque haec deficit, nec legis effectus, id est jus, concipi queat, sed verò potestate Legislatoriam esse particulam Majestatis & nemini nisi Principi competere apud omnes Politicā doctrinā vel leviter imbutos in consesso est; Respondemus enim, potestate ferendi leges duplici modō considerari posse, ita ut quis eandem vel *jure suo* habeat, vel *ex concessione superioris* ejusque beneficio illa fruatur. Prior consideratio non quadrat ad Patremfamilias nostrum, benè tamen posterior, cum eo ipso Princeps, dum societatem domesticam approbat, & tamen in ejus potestate non est, ut singulas domesticorum ad meram rei familiaris utilitatem spectantes actiones specialibus legibus determinare possit, hanc curam patrifamilias, tanquam capiti familie, expediendam reliquissime censeatur, sine imperio enim, ut est apud Ciceronem lib. 3. de LL. non domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus dura-  
re potest, quamvis imperium illud diversi generis esse queat. Et hanc diversitatem innuunt verba Grotii adducta, jus nostrum non quidem a potestate civili (immediate scilicet) venire, ei tamen subditum (sive subordinatum) esse, quo sensu etiam admitti potest vulgatum illud: Ein jeder ist König in seinem Hause.

§. VII. Meretur, ut hanc sententiam nostram incomparabilis quondam Ziegleri, JCti Wittenbergensis, verbis confirmemus. Ita autem ille in not. ad Grot. de J. B. & P. l. I. c. v. §. 14. ad verba *jus ordinis patens, istam, inquit, juris acceptio-* nem (Grotianam scilicet) *vix a quo animo ferent JCti quirpe* quibus incognita hactenus videtur. Nihilominus tamen, pergit, quia *jus in genere est ordinatio, regula, seu principium a superiore prescriptum, secundum quod actionum bonitas aut mali-* tia, agitas ac iniquitas estimatur, non male in Oeconomia qua- que

## IN GENERE.

que jus tale versari putavit Autor. Et est nempe illuc imperans & parens, ille cum potestate leges condendi, hic cum necessitate obtemperandi; sunt peculiares actiones, quæ pro statu & conditione Oeconomiae ius& aut ius& putabuntur; sunt certi denique limites, quibus unaquaque familia continetur; quid obstat ergo, concludit, quo minus jus aliquod statuamus economicum? Conf. Idem ad lib. 2. c. 20. §. 7. verb. non est sacram a natura. Quamvis ergo alias jus in publicum & privatum intuitu objecti & finis dispesci soleat, v. Per Illustr. Dn. de Rhee. Instit. jur. publ. lib. 1. tit. 1. §. 1. nihil tamen obstat, quo minus a causa etiam efficiente fundamentum dictæ divisionis peti queat, ita ut jus publicum sit, quod ipse Princeps; privatum contra, quod quilibet Paterfamilias constituit, cui distinctioni faverit 1.3. ff. qui testam. fac. poss. aliaeque, conf. Illustr. Dn. Cancell. de Jena de Rat. stat. disp. I. Concl. 3.

§. IIX. Ex illis, quæ paulo ante in §. VI. diximus, quod nempe jus domesticum non jure proprio, sed ex superioris concessionē sicutem competat, simul jam apparet, nos in praesenti nos considerare jura Patriumfamilias, quatenus hi quondam in statu mere naturali ante conditas civitates segreges vivebant; sed prout facultate statuendi & cogendi possent, postquam singuli ab hac libertate recesserunt, seque civili imperio subjecerunt. Haec sane observatio admodum est utilis, cum indoles societatum domesticarum intuitu utriusque hujus status nimis quantum a se discrepet. Agnoscit hoc ipse Hornius de Civitate lib. 1. Cap. 2. §. VII. num. 9 seq. (in adferenda Patriumfamilias potest re alias valde excedens, de quo suo loco,) quando ita inquit: *Nostris moribus, dum sub Republica & imperio civili degimus, & maritalis & paterna potestas a Majestate restrainingitur, que inferiora imperia ad se trahit.* Quamvis enim marito & patri imperium concesserit Deus, irrevocabile tamen nungam fuit. Et statim, ubi questionem tangit: an hoc imperium iterum reduci possit in Rebuspublicis? mentem suam hoc modo declarat: *Quæ num reducenda*

in usum ac consuetudinem sint; huius loci non est disputare, quamvis in negantem, tensum, sive hic, sive alibi quæstio insituatur, inclinandum sit. Postquam enim Magistras judicia in Republica ordinavit, que delicta debitis suppliciis afficiant, & parens adeo ac maritus transgressorum filium, aut peccantem coniugem ad tribunal trahere possit: nec ex re tranquillitatis communis, nec auctoritate Principis futurum videtur, si præter modicam domesticam animadversionem quidquam Patrifamilias concedatur.

§. IX. Fatemur quidem, non fore a scopo nostro alienum, si jus domesticum, quatenus se in statu naturali exerit, paulo distinctius consideraremus, tunc enim ex collatione oppositorum jus domesticum sub imperio civili spectatum sine dubio majus lumen consequeretur; verum enimvero ita diffusa est hæc materia, tamque varie reperiuntur DD. etiam hac parte dissensiones, ut integrum tractatum desideraret plena hujus rei tractatio, nedum ut limitibus brevis Dissertationis includi queat. Satis itaque nobis erit, summam rei tetigisse, mentemque nostram juxta principia recentiorum Doctorum moralium brevissimis ita declarasse. I quoad societatem conjugalem: Mero jure naturæ marito in uxorem non competit imperium, nam præter obligationem ad corpus marito præbendum aliud vinculum ex pacto matrimoniali non proficit, quia aliis non est matrimonii finis, ex quo tamen indoles obligationis dijudicari debet. II quoad societatem parentalem: Parentibus competit jus dirigendi actiones liberorum cum potestate eos coercendi, quamdui scilicet liberi in societate hac parentaliter permanent. Ratio est, quia experientia quotidiana comprobat, homines nondum adultos aures suas sanæ doctrinæ & discipline sponte vix præbere. At vero Parentibus educatio liberorum ad futuram Reip. utilitatem incumbit; ergo & mediis ad hunc finem obtinendum instructi sint necessæ est. Cave tamen hoc coercendi jus cum Hornio ad jus vitæ & necis extendas, de quo Pufendorfius aliquie egerunt.

gerunt. Ceterum mero jure naturæ hoc imperium paternum utriusque, id est tam patri, quam matri, eodem modo competit. III quoad societatem herilem: Dominus gaudet jure servorum actionibus certam normam prescribendi, quod jus cum facultate coercendi refractarios conjunctum deprehenditur, modica tamen, quantum scilicet ad finem societatis obtinendum requiritur. Unde jus vitae & necis iure naturæ Domino non competit, quamvis servus in bello captus fuerit, eo ipso enim, dum in familiam recipitur ille captivus, omnis antegressa hostilitas remissa esse censetur. Habes hic sententiam nostram B. L. & si uberiorem hujus-matricæ tractationem desideras, consule Pufendorff. de J. N. & G. lib. 6. cap. 1. §. II. 12. & 13. it. cap. 2. & 3. aliasque.

S. X. Revertimur ad jus domesticum ejusque faciem, quam in statu hodierno post conditas Respublicas induit. Et quoniam paulo ante in §. VI. hujus capituli jam adstrinximus, potestatem Patrisfamilias non esse summam, sed Majestati civili subordinatam; hinc paucis adhuc & distincte quidem investigandum erit, quinam denique sint justi potestatis Domestice limites & accurati fines, intra quos eadem se contineat debet, si ad Principis absolutam potestatem refertur. Quæ consideratio duplēcum eumque insignem effectum post se trahit, primo quidem intuitu ipsius Patrisfamilias, & deinde etiam eorum intuitu, qui ejusdem imperio domestico subsunt, v. g. an validus sit actus, iussu Patrisfamilias suscepitus? an patrisfamilias legibus suis summae Majestati detrahatur & sic proterea poena sit afficiendus? utrum modus coercionis probè observatus fuerit, nec ne, & per consequens, utrum actio contra patremfamilias competit, nec ne? & quæ sunt cunctum ejusmodi alia.

S. XI. Hæc per indicem notare voluimus. Neque enim, ut singula in præfenti discutiamus, à nobis expectandum erit. Rubrica capituli tractationem de jure domestico in generе promisit; atque adeo etiam ne in regulas bonæ methodi impingamus

## 12 CAP. I. DE JURE DOMESTICO

mus, generalia h̄c saltem tractabimus. Ea autem prima nobis erit obseratio: *Leges civiles à Principe vel expressè promulgatas, vel ejus tacito consensu introductas & receptas, paters familias in domo sua nec in universum abrogare, nec circa easdem in casibus specialibus dispensare potest.* Connexio cum principio ante supposito in oculos incurrit. Paterfamilias siquidem potestatem suam ex concessione Principis possidet, Princeps autem illud ipsi haud concessisse videretur, ut iusta sua irrita reddere valeat, quia hac ratione Majestas Principis manca quasi fieret & mutila. Adsumamus exempla ex jure Romano rem non parùm illustrantia. Querit Caius in l. 6. ff. qui testam. fac. poss. utrum filius familias jus condendi testamenti habeat? & hanc questionem negat. Sed quid si pater testamenti factionem ei permittat? adeo, pergit Caius, ut quamvis pater ei permittat, nihil magis tamen jure testari possit. Similis ferè casus in l. 47. §. 2. ff. de bon. libert. deprehenditur, ubi Patroni filius, Zoilus, liberto suo tam epistolam emiserat: *Ob merita tua, fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti concedo tibi liberam testamenti fationem, querebatur, an cō ipso ab obligatione relinquendi legitimam sit liberatus libertus ille?* & Paulus questionem negativè decidebat. Nam testamenti factio, licet ad singulorum utilitatem pertineat, ita tamen à jure publico seu communi & Legibus publicis dependet, ut in privatorum potestate non sit, sunt verba Illustr. Dn. Canc. de Jena, d. rat. stat. Diff. I. Concl. 3. lit. C. m. not. postquam scilicet Leges preter simplicem voluntatis declarationem certas solemnitates ad formam testamentorum requirerunt. Quid ergo, si Paterfamilias constituta, omnem feminam in ædibus suis fidejubentem, nec non quemcunque filium fam. in iisdem pecuniam mutuo accipiente validè obligatum esse debere? quid, si donationem 500. solidos excedentem etiam sine insinuatione legitimam pronunciet? quid, si non plures quam quatuor testes in testamentis requirat? Hic sano omni effectu dessituta erit præten-

si ipsius leges ferendi potestas, in concursu enim potestatis summae & subordinatae, hæc illi sine dubio cedere cogitur.

§. XII. A Legibus humanis nunc porrò ad Leges divinas validè inferimus. Id est, si Patrifamilias circa leges humanas aliquid mutare & innovare non est permisum, multo minus illud intuitu Legum divinarum, sive ex ratione eadem baurianur, sive ex revelatione, concessum erit. Contentiunt in eo, n̄ fallimur, omnes Jcti, ipsius Principis in legibus ferendis potestatem eacutem restrictam esse & limitatam, ut nihil statuere queat, quod divinæ voluntatis normæ aliquod modò refragatur. Neminem autem plus juris in alterum transferre posse, quam ipse habuit, tralatum est & sine rationi congruum. Quodsi ergò leges civiles cum legibus divinis pugnantes *irrationabiles* vocantur, & rectè quidem, quanto magis hoc prædicatum ad Leges domesticas quadrabit, quoties hæ suprà ipsum divinum Legislatorem caput suum extollere intuntur. Nam itaque, Patremfamilias fancivisse, quod in ædibus ipsius supra, adulteria, homicidia, & id genus delicta alia impunita esse debeant: quod paœta & contraclitus licetè violari possint: quod delinquentibus in ædibus illis liber accessus & asylum patere debeat, &c. tunc certe in omnibus hisce & similibus casibus irrationabilitas illa, quam paulò ante innuimus statim se, se exferet.

§. XIII. Adhuc ulterius pes est promovendus. Observamus enim porro: Patrifamilias non competere potestatem mutandi ea, quæ ex communi totius populi consensu dependent, in quorum classem p̄ se alii vocabulorum impositionem referimus. Cum enim dicente Hugone Grotio de J.B. & P. in prolegom. §. 7. sermo peculiare societatis sic instrumentum, quo inter animantes solus utitur homo: exinde prono prosluit a leveo, solum patremfamilias, quia membrum est societatis civilis, ex arbitrio suo hic nihil mutare posse, nisi idem a reliquis societatis membris pariter adprobetur. Quod enim omnes tangit, ab omnibus debet adprobari. Atqui vocabulorum imposi-

tionem semper comitur tacita quædam aut expressa conventione & pactum, cuius vi necessum est, ad hanc & non aliam rem notandam eadem adhiberi. Conventio autem hæc ab omnibus initur, qui eodem idiomate uti conveverunt; ergo & ab illis omnibus mutatio iterum suscipienda.

§. XIV. Pertinet hoc elegans l. 7. §. 1. & 2. ff. de supell. legat. quæ digna est, ut propriis Celsi verbis adponatur. Tuberon, inquit, hoc modò demonstrare supellecilem tentat, instrumentum quoddam patris familia rerum ad quotidianum usum paratarum, quod in aliā speciem non caderet, ut v. g. penum. argenteum, vestem, ornamenti, instrumenta agri, aut domus. Nec mirum est, moribus civitatis & usu rerum appellationem ejus mutatam esse: nam fictili, aut lignea aut vitrea, aut ærea denique supellecili utebantur: nunc ex ebore, atque testudine & argento, iam ex auro etiam atque gemmis supellecili uiuntur, quare speciem potius rerum, quam materiam intueri oportet, supellecili potius, an argenti, an vestis sint. Servius fateatur, sententiam ejus, qui legaverit, aspici oportere, in quam rationem ea solitus sit resurre: verùm si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere essent, (ut putat escarium argenteum, aut penulas & togas) supellecili quis adscribere solitus sit, non idcirco existimari oportere supellecili legata ea quoque contineri: non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. In reliquis verbis d.l. sententia dissentientis Tuberonis cum responsione Celsi adducitur, quæ omnia hic inserere haud necessarium esse videtur.

§. XV. Ila autem, quæ in §. pree. inserimus, eapropter adducenda fuerunt, ut eo melius de questione: an & quatenus Patris familias potestas immutandi vocabula competit? iudicium ferri possit. Age, subiectamus alium casum ex l. 4. ff. de Legat. 1. cuius occasione cardo rei aliquanto clarius paret. Si quis, inquit Ulpianus, infundi vocabulo erravit & Cornelianum pro Semproniano nominavit, debebitur Sempronianus. Sed si in corpore erravit, non debebitur. Quod si quis cum vellit vestem legare, supellecilem adscripsit, dum putat supel-

lecti

*leditilis appellatione vestem contineri: Pomponius scripsit, vestem non deberi: quemadmodum si quis puret, auri appellatio- ne electrum vel aurichalcum contineri: vel (quod est stultius) vestis appellatione etiam argentum contineri. Rerum enim, concludit, vocabula immutabilia sunt: hominum mutabilia. Vides, Ulpianum distinguere inter nomina propria & appella- tiva & quod in illis error testantis non noceat, bene autem in his, eundem adstruere.*

§. XVI. Quid autem, instas, adductus casus ad præsen- tem materiam confert, ubi non de errore, sed de potestate patrisfamilias circa vocabulorum mutationem solliciti sumus; Respondeo, verba quidem hujus casus hic proprie non perti- nere, ex ratione tamen Ulpiani, quam in verbis finalibus: *re- rum enim vocabula immutabilia sunt: hominum mutabilia,* subiungit, nostram quoque questionem non incommode de- finiri posse. Ponamus ergo, Patremfamilias non per errorem, sed scientem volentem fundum Cornelianum pro Semproniano nominasse eundemque in alterum vel per donationem inter vivos, vel per venditionem, permutationem, vel alio et- iam modo transculisse; validum erit negotium, modo ita de- scriperit fundum transferens, ut liquido constet inter con- trahentes, de quonam fundo actum fuerit. Alteri enim contraclum propter mutationem nominis rescinderet volenti ex- ceptio: *Tuanon interest, objiceretur, quia eundem usum præ- stat fundus, sive Cornelianus, sive Sempronianus appelletur.* E contrario autem, si, ut in cit. l. dicebatur, Paterfamilias vel inter vivos, vel mortis causa argentum suum vel aurum alteri legeret, aut doneret, sub eo autem e. g. stannum intelligat; nulla e- rit & invalida dispositio, quamvis legarius liquido probare possit, ita fuisse in more positum Patrifamilias, ut stannea vasa ostentationis gratia, argentea salutaverit & sic v. g. famulum pocula, cochlearia & orbes argenteos adportare jussifit, cum tamen ne unciam quidem argenti in bonis haberet.

§. XVII. Cupis sorsan rationem tam diverse dispositio- nis? dabimus illam. Nomina propria ex mero cuiusvis pri- vati

viri arbitrio & impositione dependent, nec ad denotandam  
rei essentiam quidquam contribuant, adeoque non leditur  
alter, licet verum rei nomen vel ignoret plane, vel falsum no-  
men erronee concipiat, modo de re ipsa constet, quod semper  
supponimus. Sic, ut exemplum prius adlatum iterum repe-  
tamus, perinde esse poterit donatario & legatario in lucrativiis:  
emtori item & permutanti in causis onerosis, utrum fundus,  
cujus intuitu contrahitur, Cornelianus appellatur, an Sem-  
pronianus, propter diversitatem enim nominis nec major fer-  
tilitas speranda, nec sterilitas metuenda erit. Ita, si hospitium  
allicui vendam, quod vocatur zum guldene Dīng/ emtor autem  
sibi erronee persuaserit, quod signum der Sonne extrinsecus  
prefixum habeat; contractus tamen itidem firmus manet, quo-  
niam nomen hic iterum nihil ad rem conservat.

S. XIX. Alia ratio est nominum appellativorum  
Quumvis enim nos non simus in ea persuasione, ac si vis de-  
terminate hoc vel illud significandi vocabulis a natura, aut  
intrinseca quapiam necessitate insit, quo pertinent ea, que  
ex Varrone adducit Sosipater Charisius *inflit. Grammat.*  
*lib. i. apud Pufendorfii, de J. N. & G. lib. 4. cap. 1. §. 4.* *Latius sermo, inquiens, constar natura, analogia, consuetu-  
dine, autoritate. Natura verborum nominumque immuta-  
bilis est, nec quidquam aut minus tradidit nobis, quam quod  
acepit. Nam si quis dicat scriumbo, pro eo, quod est scri-  
bo, non analogie virtute, sed naturae ipsius constitutione  
convincitur; postquam tamen vocabula per tacitam conven-  
tionem rebus arbitrariis semel imposita fuerunt, talis neces-  
sitatis exinde orta est, ut hic cuiilibet pro lobitu variare am-  
plius non liceat. Neque enim hic, ut antea concessimus, suffi-  
cit, si de corpore rei certitudo adsit, sed simul etiam de mate-  
riæ qualitate constet necessum est. Hec autem ipsa materiæ  
qualitas ex nomine appellativo cognoscitur. Unde hic non  
perinde est, sive res aliqua aurea, sive argentea, sive stannea, si-  
ve aliter appelletur, sed ex diversa hac appellatione diversissima  
etiam rei estimatio in contraëlibus onerosis profluit, at vero ex  
mu-*

mutatione nominis alterius, cum quo contrahimus, laesio non proficit.

§. XIX. Sed anno ergo in contractibus lucrativis potestas immutandi rerum vocabula Patrifamilias concessa erit? ita videtur, quia tunc laesio deficit alterius, ad quam paulo ante provocabamus sub finem §. preced. sed & hic in contrariam sententiam inclinat cit. l. 4. ff. de legat. i. quippe quæ de legato, tanquam titulo lucrativo concepta deprehenditur. Ut ergo summatum dicamus, quod res est, ita distinguendum esse existimamus: Patrifamilias aut refertur ad domesticos, quatenus & quamdiu sunt ejus domestici: aut refertur ad alios extra familiam ipsius constitutos, quo etiam refero ipsos domesticos, quoties Patrifamilias cum iisdem contractum aliquem celebrat. Priori casu nullum dubium est, quin Patrifamilias potestas mutandi vocabula etiam appellativa omnijure competit, v. g. quando domesticis suis injungit, ut vas a stannea argentea vocent: ut canes equorum nomine veniant; ut cupro auri prædicatum tribuant, &c. tuat ad hoc sunt obligati, quamdiu nemo exinde laeditur; quia nihil contra conscientiam & proximi salutem admittunt, unde prohibitionis fundatum desumi posset. Vane tantum & stultæ Patrifamilias gloriae atque ambitioni inserviunt, quem toties finito locationis tempore derelinquere iterum possunt, quoties eiusmodi stultitiam amplius perferre nequeunt. Posteriori autem casu res aliter se habet. Vix enim dantur contractus, vix inveniuntur testamenta, ubi sine offici Judicis implotatione scopus speratus obtineri possit. At vero eosque non extenditur Patrifamilias potestas, ut Judicem obligare possit, quo juxta normam verborum, quam ipse in familia sua postuerat, in causis controversis sententiam proferat. Judex enim a Principe dependet & Patrifamilias est superior; ergo placita Principis quidem sequitur, non autem privati alicuius.

§. XX. Explicavimus hactenus ex merito, ut speramus, quid sit ius illud, de quo in presenti agendum & quo usque li-

18 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS

mites ejus se extendant; illud adhuc in generali hac tractatione restare videtur, ut etiam inquiramus, quid per vocem: *Domus*, in rubro Dissertationis positam, intelligatur. Possemus hic latissime excurrere, removentes, quod non indigitemus ipsam ædium structuram, nec Collegium aliquod, nec etiam societati domesticæ ad finem, & quæ sunt hujus farinæ alia, quæ se-  
cari solent; quibus materia scribendi non suppetit, & qui ni-  
hilominus nefas esse ducunt, si Disputatio multas plagulas non  
consumat; nobis vero ut ejusmodi desperata remedia adhi-  
beamus, resque futilis Lectoribus obtrudamus, inconveniens  
admodum esse videtur. Ergo cum quilibet ex scopo totius  
Dissertationis facile advertat, Domum nobis denatare com-  
plexum trium societatum, conjugalis, parentalis & herilis, ac  
præterea doctrinæ generales in libellis Politicis, ut saluantur,  
passim explicari soleant, hinc omissis omnibus ambagiis ad  
specialia nos accingimus, jura domestica pro diversitate dicta-  
rum trium societatum sigillatum perlustratur. Sit ergo

CAPUT II.

De Jure domestico Patrisfamilias  
in societate conjugali consi-  
derati.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Connexio cum capite precedente. Methodus dicendorum  
§ I. Maritojus dirigendi actiones Uxoris competere pro-  
batur, § II. Idque eatenus, ut eandem ad operas in communè  
conferendas adstringere possit. An inter operas Uxoris ejus-  
que officium sit differencia? § III. Operæ vel officiales sunt,  
vel artificiales. Sententia eorum, qui uxorem ad solas officia-  
les obligatam esse existimant, § IV. Assumitur sententia con-  
traria statuentium, quod ad artificiales quoque teneatur cum  
distinctione tamen § V. Omnia ab Uxore durante matrimonio  
acqui-

acquisita ex rebus mariti questra esse atq; adeo ad eundem pertinere censentur, §. VI. Uxor pro operis marito praesitis mercedem aliquam pretendere non potest, §. VII. Non extendendum autem est illud jus acquirendi ad eum casum, si quando solum matrimonio vidua in bonis mariti jure retentionis manet arque ex bonis heredum communibus alimenta capit, §. II.X. Ad potestatem maritalem jus statuendi de domicilio pertinet, quod constitutum Uxor sequi necesse habet, §. IX. Quid vero, si maritus post contradictionem matrimonium vitam vagam relicto priori domicilio elegerit? Defenditur, quod Uxor illum adhuc sequi teneatur, §. X. Idem obtinet, quamvis maritus ob delicta relatus, vel bannitus fuerit. Sequela tamen in uxoris persona paenae indolem non sorbitur. Speciale quid de jure Lubecensi quo ad maritum obseratum & propterea prosugum, §. XI. De questione: an uxor maritum sequi teneatur, qui jamduum initi matrimonii tempore vagabundus erat §. XII. Padum, vi cuius maritus se certo loco cum uxore moraturum promisit, non est contra bonos mores, sed validum. Clausulam tamen Rebus sic stantibus, tacite comprehendit, §. XIII. Imperio maritali se plane abdicare illudque in uxorem transferre non potest maritus, §. XIV. An uxor propterea, quia Imperio maritali subjecta, personis alieni juris accensenda est quod negatur contra Struvium §. XV. Potestas in sensu politico accepta non est confundenda cum potestate in sensu juris Romani. Respondetur ad textus a Struvio pro stabilienda opinione sua adductos, §. XVI. & XVII. De potestate coercendi Uxorem, & qualis illa apud veteres Romanos, Gallos & Germanos fuerit §. XIX. Hodie moderata saltu castigatio ex iusta causa marito est permissa, §. XIX. Ita tamen, ne nimis ad eandem properet maritus, §. XX. Uxor marito leviter castiganti resistere nequit. Quod si hoc faciat, & maritus ira commotus eam interficiat, a pena ordinaria excusatur. Contra autem Uxor marito resistentis eandemque occidens pena ordinaria afficitur, §. XXI. Maritus limites moderatae castigationis excedens paenam incurrit. (Femina Russica plegas tanquam signum amoris a marito desiderans.) Peti

20 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS  
tunc potest separatio quoad thorum & mensam, §. XXII. Puniri  
sur etiam talis maritus criminaliter, pro diverso gradu ad-  
missi delicti, §. XXIII. Marito adulterum in ipso aculo depre-  
hensum occidere licet, Uxorem adulteram non item, quod ta-  
men apud Persas permisum erat. Quod si in fervore eam in-  
terficiat, lucrum dotis amittit, §. XXIV. Num marito ob non  
soluum dotem uxorem domo expellere eique alimenta denegare concessum? §. XXV.

S. I.

**S**upposito nunc ex Cap. prec. ius domesticum Legibus  
divinis & cuiuscunque Principis subordinatum esse  
debere, instituti nostri ratio postulat, ut porro, quid  
per Leges apud nos receptas Patrifamilias indultum  
fuerit, distincte recensemus, & quidem pro diversitate ho-  
rum duorum respectuum: quaterus potestas ferendi leges,  
& deinde etiam coercendi facultas eidem adscribi mereatur.  
Initium autem facimus a societate conjugali, hac quidem ra-  
tione permoti, quia matrimonium humani generis seminarium  
vel juxta Platonem lib. 4. de LL. principium generationis  
omnibus civitatibus dici jure meretur, atque adeo etiam se-  
cundum naturam ante omnia Legibus exornari debet, quod  
facto deinde ad reliquas societas justo ordine proceditur.

**S. II.** Competere autem Marito potestatem dirigendi  
actiones Uxoris, extra dubium est, adstruentibus hoc prater  
leges civiles non patris S. Scripturæ locis, quæ Maritum caput  
uxoris ejusdemque Dominum esse prædicant & Sarum præci-  
piè à subjectione & obedientia Abrahamo suo exhibita com-  
mendant, conf. Ephes. V. v. 22. Col. III. v. 18. I. Petr. III. à vers. 1.  
*ad 6.* capiti vero directio in reliqua membra communiter tri-  
buitur & obedientia sine conformatione actionum cum vo-  
luntate aliena concipi nequit, quod ipsum quoque in capite  
præcedenti jam circa quæstionem de natura & indele juris  
domestici in genere satis est demonstratum. Pertinet huc  
I. 14. S. I. ff. solut. matrimon. quemad. dos petar, ubi Ulpianus  
quæstionem: An Maritus beneficio competentia in gratiam u-  
xoris

*xoris renunciare posse?* negativè decidit & ejusmodi pactum contra bonos mores esse affirmat, subiectâ hâc ratione, quoniam contra receptam reverentiam, quæ maritis exhibenda est, illud esse appetit. Alios textus conquerere operæ pretium haud erit.

§. III. In quibus autem limitibus hæc mariti potestas fere continere debet, & quænam uxoris actiones potissimum repiciat, in Legibus adeo distinctè decisum non deprehenditur. Interim tamen hac de re ex indeole & scopo societatis domestice facile iudicium ferri poterit. Statum enim in prima uxoris creatione *Genes. II. v. 18. & 20.* Deus declaravit, quod eadem a cōjutorum marito suo præstare debet, & in Legibus Romanis passim *socia rei humanae atque divine domus suscepit* appellari coniuevit, *v. l. 4. C. de crim. expil. hered.* Dionys. Gothofr. in recens. *LL. XII. Tabb. lib. 2. tit. 17. §. 3.* Socii vero ad quid ex natura initæ societatis obstringantur, ex vulgatis ita notum est, ut longa demonstratione non indigeat. Uno verbo: ad operas in communione conferendas sunt obligati. Sicut Patronus, inquit Hermogenianus in *l. 48. ff. de oper. libert.* ita etiam Patroni filius, & nepos & pronepos, qui libertæ nuptiis consensit, operarum exactionem amittit; nam hec, cuius matrimonio consensit, in officio mariti esse debet. Quemvis vero Gothofredus ad *b. 1.* magnum acumen in vocabulo *operarum & officii* querat, dum dicit: *ni binc constet, operas & officium distinguunt: opera Patrono, officium marito debetur;* nihil tamen obstat videtur, quo minus cum communi DD. Schola uxorem quoque ad operas marito præstandas obligata esse dicamus, cum ex officio operarum præstatio profluat. Et hoc collimant, quando inter conjugij fines etiam *mutuum adiutorium vulgo* recensere solent.

§. IV. Ad operas igitur Marito exhibendas obligata est uxor, quatenus scilicet illæ ad utilitatem rei familiaris promovendam aliquid conferre possunt. Cum autem duplicitis generis sint *opere, officiales* quædam, velut lectum sternere, co-

22 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS  
quere, lavare, &c. alia artificiales, v. g. texere, mercatura & ex-  
ercitia manualia quæcunque, a DD. ulterius queri solet: an  
ad omnes hasce eodem modo sit obligata uxor? Communis  
est responsio, uxorem solummodo ad officiales teneri, non autem  
artificiales, & propterea quod inde partum, mariti lucro non cedere, sed uxor remanere, v. Tiraquell. de *L. conubial.* lib. 1. num. 26. Coler. de *Process.* execut. p. 1. cap. 2.  
num. 196. & 229. Marqv. Freherus lib. 2. Parerg. cap. 14. Joseph. Ludovic. *Decis.* Perusin. 28. num. 10. Unde jure Saxonico cautum, ut marito defuncto uxori interea præcipua sint  
& cedant, quæ textum aut terti facit, Coierus loc. prox. cit.  
num. 228. Hartm. Pistoris, lib. 1. quest. 32. per tor. Mevius ad  
*jus Lubec.* lib. 1. Tit. 5. Art. 4. num. 55. & 56. Conf. etiam  
quoad citatam distinctionem Menoch. *Confil.* 1. num. 16. Struv.  
S. J. C. Ex. 29. lib. pen. Brunnemann ad l. 31. ff. de *donat.* int.  
*vir.* & *uxor.* num. 2.

S. V. Non defunt tamen, qui ad latam distinctionem  
insuper habentes; uxorem & ad officiales & ad artificiales ope-  
ras marito exhibendas exterius obligatam esse pronunciant, ut  
quicquid his posterioribus etiam acquirit, marito lucro cedat,  
Petr. Peckius de *testam. conjug.* lib. 2. c. 9. num. 1. aliisque apud  
Mevium. *tract.* prox. cit. l. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 134. provocantes  
præcipue ad l. 31. pr. ff. de *donat.* int. *vir.* & *uxor.* ubi dicitur,  
quod quamvis vestimentum uxoris cura confectum fuerit, hoc  
tamen ad maritum pertineat, neque impedire, quod in ea re u-  
xor tanquam lanipendia fuerit & viri negotium procuraret.  
Placet nobis hæc sententia, quam etiam Mevius d. l. ample-  
xus est, paulo tamen dixinctius, quam ab eo quidem factum  
est, mentem nostram explicare nitemur. Ita autem proce-  
demus: Aut prætendit maritus, ut uxor eidem manus auxilia-  
trices præbeat in eo vitæ genere, quod sciente uxore jam ante  
contractum matrimonium susceperebat: aut tales operas artifi-  
ciales ab uxore exigit, quæ cum ipsius vitæ genere nullam  
connexionem habent, v. g. ut in ejus utilitatem mercuturam  
exerceat, agros conduceat eosque colat, &c. Priori casu obli-  
gatur

gatur uxor, ut invita quoque marito adjutorium præstet, cum vita genus mariti, quod semel adprobavit, improbare amplius non valeat: posteriori autem casu aliud dicendum videtur, cum in tales operas non prævias, nec alias præstari solitas, uxor haud consensisse præsumatur, & viro in uxorem non competit jus aliquod servitii, vel exigendarum operarum insolitarum. *Alexand. vol. 4. Conf. 133. num. 3. Carpz. P. 2. Conf. 25. Def. 15. n. 5.* Nihilominus tamen, si uxor ex desiderio viri etiam hujus generis operas sponte in se suscepit, inde quæsita ad caput familiæ sine dubio pertinebunt & tunc quoque uxor marito operabitur, *Covarruv. tract. de matrin. part. 2. cap. 7. n. 5.* *Ubaldis de duob. fratrib. qu. 4. num. 17.* & hoc collimant, quæ habet Mevius loc. ant. cit. num. 135. & 136.

§. VI. Suppositis hisce, nunc facile quoque responderi poterit ad quæstionem: *Cuinam proprietas earum rerum competrat, quas durante matrimonio operis suis & industria acquisivit Uxor?* Nempe, hoc non negamus quidem, sepius evenire solere, ut uxor bona quædam propriæ administrationi reservet, separataque in suam utilitatem exerceat negotiationem, emendo-vendendo, locando-conducendo, & quæ sunt similia; interim tamen quædui non probatum est, Uxorem ejusmodi bona receptitia habuisse, natura fane & indoles societas conjugalis præsumptionem producit, quod ad promovendam communem rei familiaris utilitatem Uxor operas suas impendere voluerit. Est hæc illa ipsa, quam communiter adferre solent DD. juris præsumtio, qua omnia ab Uxore acquisita ex rebus mariti quæsita, ideoque ad eundem pertinere censentur, *l. 51 ff. de Donat. int. vir. & uxor. l. 6. C. eod. Alciat. l. 3. præsumt. 26. Zafius l. 1. conf. 5. n. 21. Mascal. de probat. conclus. 214. num. 1. Mevius loc. cit. num. 138. Gothofred. add. l. 6. C. de don. int. vir. & uxor.* quam non solum ex jure Lubecensi, sed & prejudicijis juxta jus commune conceptis idem illustrat Mev. num. 123. seqq. ibi: *Dass die in Actis angezogene Erbtheilung nicht nach einem besondern Stadt-Gebräuch / als weis*  
*cher*

## 24 CAP. I. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS

che nicht erwiesen / sondern nach Verordnung des Lubischen Rechtes zu machen sey / also und dergestalt / daß bemeldeter N. der Klägerin / als ihrer verstorbenen Schwester Catharinen / nächsten Bluts- Erbin / mehr nicht als den halben Theil Guths / welches Er mit ihr bekommen / zu restituiren und wieder heraus zu geben schuldig / aber des übrigen halben / so in siehender Ehe erworben und gewonnen / von angestellter Klage zu absolvieren und zu erledigen sey.

S. VII. Patet porro, quid ad aliam questionem responderi debat: an scilicet Uxor pro operis Marito praesertim mercedem aliquam pretendere jure possit? Novimus nos ipsi tales casus, ubi vidua ad auctupandam portionem bonorum defuncti operas marito praefitas, etiam leviusculas & ad exercitium artis, quam callebat, directo tendentes, longa serie recensebat, simulque ab heredibus proueritatem, ut persuasa erat, mercedem exigebat. Sed vana merito reputatur ejusmodi prætentio. Si enim, ut speramus, ante demonstratum est, leges non solum humanas, sed ipsas etiam divinas, uxorem ad mutuum adjutorium marito præstandum obligare; maritus certè non habebit opus, ut operas ab Uxore in usum rei domestice collatas onerosa mercede redimat, quippe quæ illis tantum personis persolvi solet, quas nulla lege nobis devindetas habemus, sed quæ manus auxiliatrices ad certum saltem tempus & ad certum usum vi initæ specialis conventionis nobis porrugunt, conf. ante cit. l. 48. ff. de oper. libert. ibi: nam hec in officio mariti esse debet.

S. IX. Procedunt hæc omnia, ut vides, durante societate conjugali & exinde profluente obligatione: eâ enim cessante postmortem mariti, vidua quæcumque ex operis suis acquirit, sibi acquirit. Evidem deprehenduntur nonnulli, existimantes, quod vidua etiam, quæ pro asecuracione dotis sue bonis mariti incumbit & ex bonis communibus herendum alimenta capit, in horum commodum omni opere, filando, nendo, sue id, texendo, laborare tencatur, Paul. de Castro

ad

*ad l. 7. num. 10 ff. solut. maritim. Baldus in l. 1. num. 6. & 7. C. de Legat.* verum enimvero unde fundamentum hujus adser-  
tionis desumtum fuerit, nos haec tenus assequi non potuimus.  
**Certe** jus retentionis infavorem viduae introductum, in ejus  
odium contra intentionem Legislatoris detorqueri non de-  
bet, *l. 25. ff. de LL* habentque heredes, quod sibi & culpa sua  
adscribant, dum circa restitutionem dotes longas moras ne-  
stunt. Vidua autem indultum a lege beneficium titulō one-  
roso noviter quasi acquirere non tenetur. Et hoc pertinet  
Responsum Scabinorum Lipsiensem apud Carpzovium P. 2.  
C. 25. Def. 15. num. ult. Daesjen ge aber so sie mit nehen spin-  
nen und vergleichen Arbeit binnien währender Zeit (id est du-  
rante iure retentionis) gefertiget und zubereitet / verbleibet  
ihr der Witten / eigenthümlich billig / und sie mag solches in  
die Ebschafft zu conseriren nicht angehalten werden /  
V. N. W.

**§. IX.** Ad potestatem maritalem porro jus statuendi de  
domici io referimus. Cum enim in maritum cura sustentan-  
di uxorem totamque familiam unice redundet; sine dubio  
etiam ipsius directioni relinquendum erit, ut talem locum eli-  
git, quem scopo suo felicius obrinendo magis convenientem  
existimat, *v. l. 65. ff. de judic. l. ult. C. de incoll. l. un. C. Mulier*  
*quo in loc. lib. o.* unde uxorem statim ab initio sponsaliorum  
per parentes in domum viri destinatam esse dicunt, *Gail. l. 2.*  
*obs. 80. num. 10. Schneidew. ad tit. j. de Nupt. part. 4. num.*  
*47. Mylius Disp. de jure vagabund. Cap. 2. num. 16.* & uxor  
reniens a Judice compelli potest, ut maritum tanquam ca-  
pus sequatur, quo in casia ad implorationem officii judicis,  
deficiente scilicet speciali & nominata actione, a marito re-  
currendum erit, *Illustr. Dn. Stryk. de investig. act. sed. I.*  
*Membr. 2. §. 26.* Imò, si nullis mediis ad maritum sequendum  
adigi possit, nihil dubitamus, quin marito ex capite maliciose  
desertionis actio contra eandem & simul facultas divorantium  
urgendi competat.

**§. X.** Sed quid si Maritus post contractum matrimonium  
vitam

vitam vagam relicto priori domicilio ejegerit, queritur: an hoc quoque casu uxor ad illum sequendum sit obligata? Negativam amplectuntur nonnulli, adserentes, uxorem in suo loco persistere posse, quamdiu in ea conditione manet maritus, ex ratione, quod uxor tempore contracti matrimonii ejusmodi quid de marito suo non presumferit & propterea etiam consensus ejusdem ad non cogitata extendi nequeat, v. Mylius *d. cap. 2. num. 12.* Verum enim vero nobis sententia contraria indoli societatis matrimonialis magis conveniens esse videtur. Conjugium etenim indissoluble vinculum & consortium utriusque fortuna involvere, apud omnes in confesso est, unde licet ponamus, uxorem sub tempus initi matrimonii de hoc casu in specie non cogitasse, quod maritus vitam vagam aliquando sit electurus, generaliter tamen ea scivit, quamplurima accidere solere conjugibus, de quibus antea nunquam cogitatum fuit, & sic quoque in quemcumque eventum generaliter sese marito obligavit. Evidem nobis constat, in ceteris contractibus, sive de rei alicuius translatione, sive de facti præstatione agatur, ea communiter excipi solere, de quibus contrahentes ab initio in specie non cogitasse probabile est; sed hic quidem ab illis contractibus ad conjugium consequentiam non procedere existimamus. Possunt siquidem illi contraclus per consensum contrahentium pro libitu determinari; at matrimonium non item, quantum scilicet ad ejus essentialia ab ipso Creatore determinata atinet, quo individuum vitae consuetudinem præcipue referimus. Et quid, si Maritus jacluram honoris, valetudinis, aut bonorum patiatur, annon & hi casus inter non cogitata referendi erunt? sed tamen propterea maritum deserere uxori non permititur. Maneamus ergo in regula: Quotiescumque Maritus nihil contra fidem uxori dampnum committit, toties uxori eundem deferere non licet. Subsumtio facile pster.

S. XI. Suffragatur sententiae nostræ, quod non pauci Theologi & JCti uxorem & eo casu ad maritum sequendum obstrin-

obstringant, licet hic ob delicta relegatus vel bannitus fuerit. Luther. in lib. de caus. matrim. part. 2. & ad Genes. c. 4. Surdus de aliment. tit. 7. quæst. 26. num. 7. & alii plurimi apud Mevium ad ius Lubec. lib. 1. Tit. 5. Art. 10. num. 61. quia nempe nec hisce casibus jure canonico & moribus matrimonium resolvitur, itatamen ut haec sequela in persona uxoris poenæ in-dolem non induat, sed haec pro luctu referti & de bonis suis disponere possit. Carpzov. Pr. Crim. quæst. 130. n. 147. Mevius loc. cit. num. 62. conf. Farinac. P. 5. Op. Criminal. qu. 113. num. 283. & 293. ubi addit, haec, quæ ante adduximus, in tantum procedere, ut uxor teneatur a le maritum bannitum de fru-Gibus sue dotis, aut de bonis paraphernalibus. At vero, quis diceret, uxorem tempore celebratarum nuptiarum de eo casu cogitasse, quod maritus futuro tempore in bannum sit declarandus, vel relegandus? Vides ergo, quod licet maritus in rem publicam deliquerit, iura societatis conjugalis tamen illibata maneant, quippe quæ à juribus Reipublicæ plane sunt diversa, conf. Exc. Dn. Thomasius in Disp. Lipsiens. in animadvers. in Disp. Dn. Mylii de jure vagabund. c. 2. num. 13. P. 152 illud tamen tanquam speciale quid ex jure Lubencensi lib. 1. Tit. 5. Art. 10. adhuc notandum, quod juxta illud uxor maritum ob æ alienum fugitivum non aliter sequiteneatur, nisi hic eidem ejusve cognatis de tote satisderit, ibi: Dann / auch / wenn er um Schuld wilen arrestiret oder sonstens vorflüchtig würde/ und er seine Frau gern mit Recht mit sich nehmen wolte auf diese Fälle soll er der Frauen und d:u Freunden den Brautschak zu verbürgen und sie ihm zu folgen schuldig seyn.

§. XII. Quod si maritus tempore initii conjugii jam fuerit vagabundus, circa questionem ante adductaro: *num uxor eundem sequi obligetur?* distinguunt, an uxor hanc mariti conditionem sciverit, annon. Priori casu decisio affirmativa facile patet, cum sero quis accuset mores, quos ducendo semel probavit, & volenti ac scienti nulla inferatur injuria, v. I. 13. §. 10. ff. ad I. Jul. de Adult. posteriori autem uxorem ab obligatione

28 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS  
sequendi maritum eximunt, v. Mylius cit. *Diss. de jur. vagab.*  
*c. 2. num. 21.* quæ decisio quidem cum vulgari doctrina non  
connectitur, ut recte ad d. l. animadvertisit Dn. Thomasius,  
quando scilicet statuunt, errorem circa accidentia, etiam  
dolo elicium, non reddere irritum matrimonium; interim  
tamen cum genuinis jurisprudentiae principiis omnino con-  
venit, juxta quæ omnis dolus ab altera parte adhibitus nulli-  
tatem matrimonii in volvit, quo inclinat etiam Cypræus a-  
pud Carpzovium *jurispr. Consist. I. 2. Def. 56. num. 10.* ad-  
struens, quod error qualitatis, si dolus manifestus accesserit,  
matrimonium irritum reddat.

§. XIII. Quæstiones alias hic pertractari solitas brevita-  
tis causâ preterimus, videri de illis possunt DD. passim, in spe-  
cie Mylius loc. cit. num. 13. & 14. ibique Dn. Thomasius in *ani-  
madvers. De sequentibus* vero, ut nonnulla adjiciamus, insti-  
tuti ratio postulat. Quid erit: an pactum tempore initii ma-  
trimonii forte celebratum, vi cuius maritus se certo loco cum  
uxore moraturum promisit, validum sit? Negativam ample-  
ctuntur non pauci, ex ratione, quod hoc pactum contra bo-  
nos mores impingat & cum reverentia maritali pugnet atque  
adeo uxorem ab obligatione neutiquam eximere possit, Beust.  
*de matrim. c. 32.* Covarruy, *de sponsal. p. 2. c. 7. num. 5. seq.*  
Tiraquell, *de LL. connub. concl. I. num. 28. & 39.* quos sequitur  
Mevius *ad jus Lub. I. i. tit. 5. art. 10. n. 66.* quæ quidem ratio-  
nes in thesi recte sese habent, quomodo autem in hypothesi  
applicari queant, nobis hactenus perspicere nondum licuit.  
An enim contra bonos mores est, in uno eodemque loco  
domicilium suum continuare? explicare ante omnia debu-  
issent illius sententiae Patroni, quid per bonos mores intelli-  
gerent. Neque comprehendimus, qua ratione per ejusmodi  
pactum reverentia marito debite aliquid decedat, quasi illa  
reverentia non æque in uno ac in diversis domicilii locis ex-  
hiberi queat! Libertati transferendi domicilium derogatur,  
non tamen reverentia, quæ duo in hac quæstione probe sunt,

sepa-

separandi. Nescimus vero, Deum unquam precepisse, quod rautatio domicilii à marito necessario fieri debeat. Validum ergo existimamus ejusmodi pactum, autoritatibus etiam, si eas desideras, non destituti, vid. quos allegat & cum quibus facit Lauterbach in *Comp. jur. de rit. nupi. in effectibus.* Interim tamen libenter fatemur, memoratum pactum, ut omnia alia, sub clausula tacita: *Rebus sic stantibus* intelligendum esse. Unde si maritus in loco nuptiarum vita subsidia commode habere nequeat, & alibi honesta fese conditio offerat, Deo & Reip. inferviendi, marito potestis transferendi Domicilium non erit ademta, Illustr. Dn. Stryk. in *not. ad d. l. verb. supervenerit. v. l. 38. pr. ff. de solut.*

S. XIV. Ad finem autem questionem: *Uirum maritum imperio maritali se plane abdicare illudque in uxorem transferre queat?* non æque facile affirmari posse existimamus. Illud quidem extra dubium positum manet, posse quemlibet favori pro se introducto renunciare, cum nemini beneficium in-vito obtrudatur; sed hoc principium in materia presenti applicari propterea nequit, quoniam sacre literæ testantur, Uxorem in poenam lapsus voluntati mariti esse subjectam, *Genes. c. 3. v. 16.* Unde non obstant Gentilium exempla, quæ forsitan in contrarium adferri possent, quo refero Sacas, apud quos si quis Uxorem puellam ducre cuperet, pugnam cum ea suscipiebat: & illa si superior esset, captivum abducebat, atque imperium in eum tenebat, si in inferior, ab eo regebatur, *Ælius var. histor. l. 12. c. 38.* etenim cum revelationis lumine distuerentur, maxime ut plurimum à vero tramite aberrarunt, & sic in exemplum allegari nequeunt. Effaramus rem verbis Excell. Dn. Thomasi in *Jurispr. div. lib. 3. cap. 3. §. 48.* Simul, inquit, illud exinde inferimus, quoniam hac subjectio à Deo sc̄minis injuncta fuit, non in favorem & præmium mariti (hic enim simul cum uxore peccaverat,) sed in odium & poenam sexus sc̄minei, cuius quasi executor saltem maritus à Deo est constitutus, igitur non esse in mariti arbitrio pos-

D 3 tum,

30 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS

tum, vel per pacta connubialia, vel per tacitam conviviam imperii Domestici habendas relinquendi uxori, sed qui hoc faciunt, non minus peccare, ac v. g. magistratus inferiores, potius delinquentibus non inferentes, & jus aggratiandi, quod soli Legislatori relinquendum est, sibi arrogantes. Non est ergo, nisi ut dicamus, non adesse intuitu mariti legem mere permisivam, sed praeceptivam, quo pertinent etiam verbacit. c. 3. v. 16. Genes. und er soll dein Herr seyn; at vero legi praecepit neminem renunciare posse, tralacitum est.

S. XV. Manet ergo inconcussum imperium maritale, nec per pacta & conventiones mutari potest, atque uxor eidem perpetuo subjecta deprehenditur. Sed quid? an uxor propterea personis alieni juris accensenda erit, an vero sui juris manebit? Evidem, quod jus Romanum antiquum attinet, uxor potestati mariti non aliter ac filias familias patri suo subiectebatur, de quo multa Brissoni de ritu nuptiarum p. 221. adducit, idemque iure Germanico antiquiori dicendum & vocabulum, Wormund, quod habetur in Land. R. lib. I. art. 31. & 35. laxiorem interpretationem pati censet Dn. Beyer in pos. ff. de rit. nupt. pos. 8. Verumen imvero cum nobis questio de hodiernis uxorum iuribus sit, ac illi veterum, sive Romanorum, sive Germanorum mores dudum exoleverint; non possumus certe satis mirari, quid in mente venerit acutissimo JCro, B. Struvio, quod personis alieno juri subiectis uxores adhuc hodie accensendas esse putaverit in S. I. C. Exerc. 3. ibef. 7 & 28. Alieno juri, inquit, subiecti sunt porro, aut in potestate Dominorum, aut parentum, aut quod commode addi potest, maritorum. Nobis vero, quod pace B. Viri dictum sit, hoc admodum incommodè additum suisse videtur. Quis enim alias de personis alieno juri subiectis praedicantur, ad uxores nullà ratione applicari possunt. Sic v. g. fius familiæ, quamdiu sub patria potest, vivit, nullum testamentum condere potest, quis vero testandi facultatem uxori imperio maritali subiectæ denegare vellet? Potestas juridica efficit unitatem personæ,

sonx, unde Dominus cum servo & Pater cum filio sum, nullum contrachum celebrare potest. At verò omnes contractus inter maritum & uxorem initi validitatem habent, solum donacione exceptâ, idque ob diversis planè rationes. Ut alia taceamus.

S. XVI. Neutiquam ergò potestas *in sensu politico* accepta, quæ jus dirigendi denotat, cum potestate *in sensu juris Romani speciali* confundenda est. Nam & Tutoribus potestas in pupilos adscribitur in §. 1. & 2. *J. de Tutel.* quis verò exinde pupilos alieno juri subjectos esse sustineret? Denique, ne ullum maneat dubium, etiam de textibus juris a Struvio adductis breviter dispiciendum. *Primus* est in l. 14. *inf. ff.* *solutur marim,* ubi Ulpianus paclum, ut maritus in solidum condemnetur, contra bonos mores esse dicit, *cum contrareceptam reverentiam sit, que maritis exhibenda est.* Nihil hic de hypothesis Struvii. Nec enim sequitur: *Uxor marito reverentiam debet, ergo alieni juris est, cum etiam filius emancipatus eandem patri, & liberi in genere illam matri debeant, & tamen nec pater in filium emancipatum, nec mater in liberos ullam potestatem exercere possit.*

S. XVII. *Secundus* est in l. 48. *pr. ff. de oper. libert.* ubi Hermogenianus uxorem in officio mariti esse pronunciat. Cui libenter consentimus, sed iterum consequitur probationem desideramus: *Uxor est in officio mariti, ergo est alieni juris.* *Terrum desumit Struvius ex Novi. 117. c. 14.* cuius verba hec sunt: *Si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus occiderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere jussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus: virum autem, qui monstratur sine hujusmodi causa vel flagellis, vel fustibus occidisse uxorem suam, tantum pro hujusmodi injuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonib, quantum tercia pars antenupialis facit largitatis.* Quid verò hic de potestate mariti in uxorem, & de uxore alieno juri subjecta? Unde cautior Struvio fuit Gudelinus, (ad quem tamen

pro-

32 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS  
provocat Struvius) qui in tr. de jure noviss. lib. 1. cap. 7. ea quæ  
in cit. l. 14. ff. sol. matrim. & l. 48. pr. ff. de oper. libert. haben-  
tur, signa tantum veteris apud Romanos potestatis maritalis  
esse, non autem eam potestatem adhuc hodiè exinde proba-  
ri posse dicit.

S. XVIII. Sufficientia hæc de jure leges domesticas ferendis marito competente. Cum autem lex sine executione, ut vulgo dicitur, sit campana sine pistillo; hinc jam porrò juxta ea, quæ in §. i. b. cap. præmisimus, de facultate coercendi uxorem, quo usque ea marito competat, paucis dispiciendum erit. Apud Romanos maritorum potestas hâc parte quam latissimè sese extendebat. In fragmentis enim LL. XII. Tabb. quæ corpori juris adjecit Dionysius Gothofredus, refertur Lex Romuli, postmodum, ut putat idem Gothofredus, LL. XII. Tab. inferta, vi cuius, si mulier aliquid peccasset, parnam luebat ex levi marii arbitrio. Idque maximarum parnarum proprium. Cognati cum marito ea de re Judices erant. Atque adē licebat viro non tantum ob adulterium, nec in continentia, ut per Julianum de adulteriis, sed ob leviorum causani uxori manus inferre. Unde Cato idèo propinquos feminis osculum dare voluit, ut scirent, an temetum olerent, quod quidem tunc inter maxima crimina referebatur. Egnatius enim Merennius uxorem, quod vinum bibisset è dolio, fuste interfecit, & a Romulo cædis fuit absolutus, v. Gellius lib. 10. cap. 23. Gothofredus loc. alleg. Henning. Arnistius in dñr. polis. cap. 3. qui multa hic pertinetia collegit, add. Valer. Maximus lib. 6. cap. 3. Similiter Galli olim in uxores & liberos, æquè ac in servos, jus vita & necis habebant, ac siquidem vel minima suspicione tenebantur mariti s nec à se, quæstionibus à proximiis cognatis torquebantur & sine ulla Magistratus cognitione damabantur, Cæsar de bell. gall. lib. 6. Perr. Gudelinus de jur. noviss. lib. 1. cap. 7. Apud Germanos quoque maritis adulterii poena fuit permitti, & quidem velut pro imperio sumenda,

Ta-

Tacitus de morib. Germ. cap. 19, conf. Pufendorff. de J. N. & G. lib. 6. cap. 1. § II.

§. XIX. At vero ejusmodi puniendi potestas nostris moribus marito non amplius indulgetur, imo nec Justiniani temporibus eidem permissa fuit, conf. l. un. C. de emend. propinqu. ibi: quod si atrocitas facti jus domesticæ emendationis excedat, & Brunnem. in not. ad b. l. sed moderata saltem castigatio atq; coercitio & quam hæc jam supponit, reprehensio ac increpatio verbis facta. Notari meretur l. 8 §. 2. C. de repud. in qua Imp. Theodosius & Valentinianus repudiis auxilio uti libertatem uxori concedant, si maritum vite sue veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, aut verberibus se (que ingenuis aliena sunt) affidentem probaverit, quem constitutionem repetit Justinianus in Nov. 22. c. 15. §. 1. inf. & quamvis hæc Novella per Nov. 117. c. 14. quoad licentiam repudiū mutata fuerit; ipsa tamen nihilominus prohibitio scvitiarum, ut ante, permansit, ita enim sonant ejus verba: Si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere jussimus, (que tamen hodie itidem cessant,) matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus: virum autem, qui monstratur, sine bujusmodi causa vel flagellis, vel fustibus cecidisse uxorem suam, tantum pro bujusmodi iniuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis, v. Alexand. vol. 4. Conf. 115. n. 2. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cas. 364. num. 8. Georg. Obrecht de necess. defens. c. 6. num. 51. & plures apud Carpzov. Pr. Crim. qu. 12. n. 10.

§. XX. Non diffitemur, vile admodum esse & abjectum, si maritus non adhibitis admonitionum gradibus statim ad verbera properare velit, cum uxor non sit ejus subdita, sed socia vitæ individua, unde nimis crasse philosophatur, quisquis est Autor illius distichi:

Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligari;  
Hæc tria nil reddit faciunt si verbera cesserent;

E int-

34 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS

interim tamen nec ad alterum extreum est deviniendum, ut cum Catone statuimus, quod mariti uxores verberantes in Deorum quasi templa manus inferant, atque adeo pro impiis habendi sint, v. Plutarchus *in vita Catonis*, cum tanta s<sup>e</sup>pē in uxoribus quibusdam reperiatur malitia, quæ aliter, nisi adhibitis plagiis & reali admonitione accedente emendari non possit, nisi quis Socratis exemplum fortassis imitari & Xantippen suam tanquam objectum, in quo patientiam exercere queat, considerare velit, quales tamen mariti philosophantes rarius, ut credimus, invenientur.

§. XXI. Quod si ergo Maritus uxorem in officio suo cessantem leviter castiget, & eam non verberet, sed tantum pullet; uxori jus resistendi non competit, cum maritus jure suo utatur & sic eidem non inferat injuriam. Unde si uxor nihilominus marito violentas manus infert & eo ipso maritum ad atrociorum castigationem permovet, adeo ut maritus ira cormotus eam ita verberaverit, ut vel statim, vel paulo post mors secuta fuerit, tunc quidem maritus non ab omni poena immunis esse potest, quia non debuit uxorem interficere, cuius violentas manus sine cæde inhibere potuit; veruntamen non poena homicidii ordinaria, sed mihiore, prout judici æquum videbitur, afficiendus erit, quia ab initio in re licita versatus, uxor resistens autem in illicta, & sic malus eventus huic potius, quam illi imputari debet. Quod si vero uxor eo audaciæ processit, ut moderate castiganti marito non tantum restiterit & eum percussferit, sed plane interficerit, omnino poena L. Cornelie de siccariis ordinaria afficienda erit, ex modo dicta ratione, conf. pluribus Georg Obrecht. d. tr. de neceſſ. Defens. cap. 6. num. 13. 14. 15.

§. XXII. E contrario autem, si maritus limites in castigando ipsi prescriptos excedit, promeritam pariter incurrit poenam. Neque enim apud nos ejusmodi reperiuntur uxores, quæ verbera tanquam signum affectionis maritalis respiciunt, prout de quadam apud Moscovitas refert Adam Olearius

rius itin. Persic. lib. 3. cap. 9. maritum suum ita alloquente: Eis  
hätte noch nicht spüren können / daß er sie recht liebete / weil sie  
niemahls Schläge von ihm empfangen / worauf addit Olea-  
rius , der Mann seine Li. be begehrter machen ihr zu erweisen  
sich bald erbitten / und die Peitsche frisch wanken lassen / sol-  
ches auch nach der Zeit / weil sie einen grossen Gefallen daran  
gehabt / wiederholet / und zum drittenmahl / seine sehr grosse  
Liebe zu erweisen / sie gar tod geschlagen. Duplicitia autem  
adversus eundem prodita sunt remedia , civilia partim ad  
privatarum satisfactionem tendentia , tum etiam criminalia . Ad  
priora referimus separationem quoad thorum & mensam ,  
qua ob levitatem mariti communiter fieri solet , tentatis ta-  
men antea omnibus , quibus reconciliatio obtineri possit.  
Unde si maritus ad cautionem de non amplius offendendo  
sele offerat , ad dictam separationem nondum procedi potest ,  
modo etiam postea emendatio revera appareat , si enim anti-  
quum obtinet maritus , ad ulteriorem cohabitationem cogi-  
nequit uxor . Pertinet hoc Decretum Consistorii supremi  
Dresdensis in causa Euphrosinen / Matthes Lauen Chemnib /  
Klägerin an einem / ieko gedachten ihren Ehemanns Beklag-  
ten andern theils / verbis : Dieweil daraus zu befinden / daß  
Beklagter zu wieder der eydlich geleisteten Caution die Klägerin  
ohne Ursach (alind ergo , si ex justa causa post prestatam  
cautionem uxorem modice castigaverit) auffs neue geschmäh-  
het und geschlagen ; So ist sie thine wieder ihren Willen fer-  
ner zu Fisch und Bette beyzuwohnen nicht schuld g/ er habe ihr  
denn Bürgerliche Caution bestellt / daß er sich mit schmähen  
und schlagen an ihr weiter nicht vergreissen / sie auch mit noth-  
dürftig im Unterhalt versorgen wolle / v. Carpzov . Jurispr.  
Consist. lib. 2. Def. 218. Limitationem tamen ultima verba  
adhuc patiuntur , modo illam cautionem acceptare velii Uxor ,  
qua interdum triti illius : Naturam expellas furca , tamen us-  
que recurret , memor est , fragilique cautioni sanitatem suam  
subjicere recusat , quam limitationem ipse suppeditat Carpz-

36 CAP. II. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS

vius in Prax. Crim. quæst. 12. num. 54. seq. ibi: und auf den Gall Et solche Caution gebührlich zu bestellen und aufzubringen nicht vermöchte / oder aber das Weib über alles vermahnen / damit nicht zu Frieden seyn wollte / sc. v. Mevius ad jus Lub. lib. 4. Tit. 8. Art. 7. n. 3.

§. XXIII. Quantum ad remedia criminalia attinet, maritus in castigatione Uxor excedens, (quo referimus wenn er sie bey den Haaren raußt / braun u. d blau / oder bluttrünnig schlägt) pro arbitrio Judicis & circumstantiarum varietate puniri solet, interdum carcere, relegatione, quandoque etiam fustigatione, si maxima adhibita fuerit saevitia, vid. Carpzov. d. quest. 12. num. 51. quæ ipsa tamen facta reconciliatione conjugum praestataque Cautione eidem facile remittitur, ob favorem, ut dicunt, conjugii, quod aboluta separatione quoad thorum & mensam de novo quasi contrahitur, & qui favor efficit, ne tale conjugium renovatum dehonestetur & uxori hactenus afflictæ nova addatur afflictio, Idem in Jurispr. Consist. lib. 2. Def. 221. Quod si tandem eo usque progressa fuerit mariti malitia, ut uxorem plane interficerit, poena parricidi eadem, quæ inter ascendentes & descendentes alias obtinet, illi infligitur, prout de foro Saxonico testatur Idem in Pr. Crim. d. qu. I. num. 13. & de aliis foris Illustr. Dn. Stryk. in not. ad Lauterb. tit. de L. Pompeja de Parricid. ad verb. ferro candenti, item Conjuges, add. Mevius ad jus Lubec. l. 4. Tit. 8. Art. 7.

§. XXIV. Qyamvis etiam marito concessum sit in foro externo, ut adulterum in sua domo inque ipso actu deprehensus, si vilis conditionis est, in continentis interficere queat, v. l. 24. ad L. Jul. de adulter. intuitu tamen uxoris eandem licentiam non habet, d. l. 24. §. 1. ibi: & præcipitur, ut is maritus, qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat, id est, si ad nostros mores, ubi privata divortia cessant, applicatur, ut uxori non amplius cohabitet, quia si alia injuriam ipsi condonasse existaretur, ipsa interim de veritate adulterii commissi inquisitio

sitio eandemque subsequens divortium ad Magistratum pertinet, nec privatā mariti autoritate fieri potest. Sed quid si maritus in primo fervore uxorem cum adultero nihilo minus interficiat, queritur, an hoc non obstante dotem vi pectorum dotalium, vel statutorum, lucrari possit? Evidet apud Persas, qui uxorem unā cum adultero occidit, novam insuper vestem præmii lod accipit, Olear. iner. Pers. lib. 5. cap. 22. Pufendorff. de I. N. & G. l. 2. c. 5. §. 15. sed hoc ad mores nostros applicari nequit. Res tota ergo ex hac questione præjudiciale dependet? an maritus uxorem adulteram occidendo actionem licitam perpetret, annon? Si prius, pœnæ impositioni nullus locus relictus erit, aliud si posterius, cum nemo ex delicto suo commodum obtinere debeat. Cum autem ex præcedentibus jam constet, marito intersectionem uxoris adultere neutiquam permittam esse; hinc applicatio juxta principia modo supposita facile etiam fieri potest. Conf. lib. 10. §. 1. ff. solut. matrim. quæ quidem de præsenti nostro casu in specie non loquitur, propter identitatis tamen rationem, quæ est inter alias & hanc occasionem, huc facile trahi potest, v. Lauterb. Comp. ff. d. t. in f.

S. XXV. Illa quoque questio disceptationem mereri videtur, num marito ob non solutam dotem uxorem domo expellere etique alimenta denegare permittatur? Ubi tamen ante omnia duo ab invicem causis separandi, aut enim agitur de casu, ubi nulla dos expressè promissa fuit, sed maritus faltem vanam de ea consequenda spem concepit; aut de altero, ubi vel per pacta dotalia, vel alio modo certa bonorum quantitas marito dotis nomine adsignata, postea tamen non soluta fuit. Priori casu nemo forsitan erit, qui marito potestatem expellendi uxorem concedat, cum dotes ad substantiam matrimonii non requirantur, & maritus sibi imputare debeat quod non affectio ne sed lucri cupiditate duxus uxorem elegerit. Verum enim vero quid posteriori casu respondendum, non ita inter DD. convenit. Mevius ad ius Lubec. part. 2. tit. 2. Art. 12. n. 354.

38 CAP. II. DE JUR. DOMEST. PATRIS. IN SOCIET. CONJUG. CONS.  
¶ 442. cum aliis ab ipso allegatis expulsioni a marito facienda  
favet, dum enim, inquit, uxor fuit, alia marito non debuit, sed  
donec prestatetur promissum expelli, & ad domum patris fra-  
trisque, ut glatur, remitti potuit. E contrario autem alii e-  
iusmodi expulsionem neutriquam concedendam esse statu-  
unt, inter quos Struvius. S. I. C. Exerc. 30. thes. 7. & de vind.  
privat. th. 42. in. f. conf. Beust. de jur. connub. p. 2. cap. 66.  
Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2. Def. 205. Nobis rem ita  
dirimendam esse videtur. Mulier dorem promittens aut  
bona fide hoc fecit & deinde saltē per casum fortuitum in c-  
jus solutione impedita fuit, aut vero divitem se simulavit, ad  
eo melius inducendum circumveniendumque maritum. Prio-  
ri casu expulsio marito nullo jure attribui potest, sed ut alios,  
ita & hunc fortuna insultum & quo animo perferre tenetur:  
posteriori autem subdistinguendum. Si adsumitur hypo-  
thesis vulgo defensā, errorem circa accidentalia matrimo-  
niū non parere nullitatem, quamvis dolo alterius partis eli-  
gitus fuerit, tunc opinio Mevii ex nullo fundamento defendi  
potest, qui ados ad mera matrimonii accidentalia referri me-  
retur. Nec obſtit l. fin. C. ad. si Vellejan. ab ipso allegata, ver-  
bis: Neque enim ferendum est, quasi caſu fortuito interveni-  
ente mulierem fieri indutatam & ſic a viro forſitan repellī &  
diſtrahi matrimonium; Vel enim haec lex de moribus Roma-  
norū veterib⁹ intelligenda, quo inclinat Dion. Gothofre-  
dus in not. ad. d. l. vel de eo est accipienda, quod de facto fu-  
scipit maritus, non de jure, cui explicacioni verba legis: forſi-  
tan repellī favere videntur, Fachinæus lib. 3. C. 48 B. Brunne-  
mannus ad cit. l. fin. Si vero, ut merito fieri deberet, quemcum-  
que dolum matrimonium ob defectum consensus annihila-  
re statuamus, eo caſu Mevii sententia eatenus admittenda  
foret, ut maritus deceptus ad declarationem nullitatis agere  
posset, privatam autem expulsionem ob magna inconvenien-  
tia exinde propullantia eidem nondum concederemus.  
Non refragatur, quod Carpzovius loc. cit. adserat, duas tan-  
tum à Christo & Paulo permis̄as esse diuertiorum causas, ob  
adul-

¶ (39) ¶

adulterium scilicet & malitiosam defertionem; Respondetur enim, hæc nobis plane non refragari, qui non novam divortii causam conjugii ab initio validi & legitimi excogitamus, sed saltem matrimonium, quod ob dolum alterius statim ab initio vitiosum fuit, tanquam nullum declarari posse affirmamus. Et hæc de potestate maritali dicta sufficient.

CAPUT III.  
De Jure domesticō Patrifamiliās in-  
tuitu societatis Parentalis com-  
petente.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

**C**onnexio cum cap. preced. & methodus dicendorum, §. I. *Datur Imperium paternum. De questionibus huc tractari solitis remissive, §. II. Separanda sunt duo tempora in liberis, iudicii perfecti & imperfecti, pro quorum diversitate ipsum jus dirigendi actiones liberorum valde etiam variat, §. III. Pater certum vite genus eligere potest, cui liberi sese addicere tenentur. Providè tamen hic procedendum, §. IV. An filius patrem invitum adigere possit, ut ipsi suntus ad studia liberalia suppedite, cum alias à Patre ad opificium addicendum destinatus esset? §. V. Quid juris patri circa Religionem liberorum adscribendum? §. VI. Pater liberos invitatos ad Religionem aliquam suscipiendam cogere nequit. Examinaur Responsum aliquid apud Dedekenum, §. VII. Quid si filius Religionem in Republica non approbatum, sed prohibitum potius, proficatur? Exhereditatio illō casu est permissa, §. IX. De Questione: Utrum etiam Iudeis parentibus jus educandi liberos in religione sua competat, & porro: An Iudeorum infantes invitis parentibus ad baptismā sint auferendi? §. IX. Jus paternum circa dirigenas liberorum nuptias §. X. De jure coercionis parentibus competente. Romulus iisdem ius vite & necks concessit. Idem apud Persas, antiquos Gallos & Burdegalenses obtinuit. Modus*

## 40 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS

dus exercendi jus illud apud Romanos, §. XI. Pertinet huc jus vendendi liberos apud eosdem Romanos usitatum, primum à Romulo introductum & deinde in LL. XII. Tabb. relatum, §. XII. Jus hoc paternum subsequentibus temporibus valde restrictum fuit, de quo an bene, an male factum sit, disquirunt DD. Constantinus M. propter nimiam egestatem facultatem vendendi liberos parentibus adhuc indulxit, §. XIII. Quod tamen hodie non amplius observatur, §. XIV. Jus castigandi liberos ob leviora admissa parentibus adhuc concessum, quod variis modis exercetur, §. XV. Quid jure Moysae hic licuerit? §. XVI. In gravioribus delictis cognitio & coercitio ad Judicem pertinet, qui hodie ex arbitrio patris, ut olim, panam non infligit. Patris tamen intercessio filio ad mitigationem pene prodest. §. XVII. Jus interficiendi filium patri hodie non competit. Qui tamen in castigatione excedens, ab ordinaria pena absolvitur, §. XIX. An liberi parentibus cancellos castigationis sibi praescriptos egredientibus jure resistere possint? que questio pro diversitate circumstantiarum diversimode etiam resolvitur. §. XIX. Singulare exemplum ex historia recentiori, ubi pater filium decollari curavit, §. XX. & XXI. quod tamen improbat adductis diversis rationibus, §. XXII. Jus patrium durat, quamdiu societas paterna durat, unde post emanicipationem cessat. Notatur Hünefeld dissentiens §. XXIII.

## §. I.

**S**uccedit nunc societas parentalis ex precedente conjugali originem suam deducens, cum primarius matrimoniorum finis procreatio sibyllis habeatur ex institutione divina. Quoniam autem & hinc inaequalitas comprehenditur inter personas sociatas, patrem scilicet ac liberos, quæ in his parendi necessitatem, in illo autem jus dirigendi atque coercendi renitentes operatur; hinc eadem, quam adhibuimus in capite precedente, methodo nunc etiam uti conveniens erit, unde primum, quo usq; potestas ferendi leges & tunc deinde facultas coercendi patria se se extendat & quibus è contrario limitibus sit circumscripta, disquiremus.

## §. II. Pro

INTUITU SOCIETATIS PARENTALIS COMPETENTE.

41

S. II. Pro certo itaque supponimus, dari potestatem patriam eamque & in jure naturali, & civili fundatam esse. Atque quoniam nobis in praesenti de illo praecipue questio est, quid per leges positivas directori societatum domesticarum permittatur, in hisce autem, quod detur & cui eadem adscribenda sit, clarè decisum deprehendimus; hinc omnes eas questiones, de quibus alias in hac materia inter DD. morales disputari solet. (v.g. an ex generatione juxta Grotium, an vero immediate ex voluntate divina, ut Hor-nius vult.) Utrum denique ex consensu tacito infantum, cum Pufendorffio jus parentum in liberos deducendum? item, an patri, an vero matri prerogativa in exercitio hu-jus juris debeatur? quod ultimum adstruere nictitur Hobbesius, ) hic vice sequestrare licebit, de quibus inferim consuli potest Exe. Dn. Thomasius in *Jurispr. divin. lib. 3. cap. 4.* Satis nobis hanc posuisse thesa erit: Patri imperium in liberos competit & proinde liberi in familia paterna adhuc existentes actiones suas ad voluntatem ejus compo-nere obstringuntur.

S. III. Separanda autem hic cum Grotio d. I. B. & P. I. 2. c. 5. S. i. sunt duo distincta tempora, aliud *judicij admodum imperfecti* in infantibus & infantiae proximis: aliud *judicij perfecti* in iis, qui ad adultam etatem pervenerunt, pro diversitate enim horum temporum jus educandi & imperandi gradibus suis valde variat. Scilicet in primo tempore omnes omnino liberorum actiones parentum dispositioni (domini-um vocat Grotius, non adeo accurate) subjacent, cum di-cente Aeschoyo:

*Aetas prima, cea brutum pecus,  
Ut educetur mentis alienæ indiget;*  
aliud autem in secundo tempore obtinet. Quia enim hac etate judicium quodammodo jam ad maturitatem suam per-venit, bona a malis dignoscere valens, hinc parentum impe-rio non aliæ subsunt amplius actiones, quam que ad familiae paternæ statum aliquid momenti conseruant. In ceteris au-tibus

F

tem

## 42 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS

tem actionibus libera facultate agendi morali fruuntur, nisi quod studere debeat, ut in illis quoque parentibus suis placent, quod tamen ex pietate saltem est, ita ut irritum non habetur, si quid contra factum fuerit. Et huc pertinere putamus, quod jure Romano filiusfamilias omnes contractus (excepto mutuo ob alias rationes) ignorantē etiam & dissentiente patre valide celebrare queat, quoniam scilicet haec actiones ad statum paternæ familiæ nihil omnino conferunt. Sed queris forsitan, quo anno illud secundum tempus, de quo haec tenus locuti sumus, exordium suum capiat? Respondemus, hoc nullibi determinatum esse, sed ex circumstantiarum varietate & capacitate, quae in actionibus liberorum se facile exerit, dijudicari debere.

§. IV. Ex his profuit quod pater certum aliquod vitæ genus eligere queat, cui se liberi potissimum addicere debeat, quoniam scilicet pro modo facultatum suarum liberos formare obstringitur, ut idonea societatis civilis membra evadant. Unde liberis patri hac parte limites ponere & normam educationis praescribere facultas non suppetit, ille enim tanquam director societatis paternæ inquirere & determinare debet, quid futuro liberorum suorum commodo expediat, quid non; sed tamen & pater hic aequitatis regulas non transgredietur. Exprimere rem lubet verbis Illustris Pufendorffii in tr. de I. N. & G. lib. 6. c. 2. §. 13. Cum in civitatibus, inquit, diversi sint status ac diversa vivendi genera, recte quidem in illis diligendis autoritatem patrum sequuntur liberi, siquidem ad nihil absurdum ac turpis ducant, praesertim ubi ad istos fines a parentibus sumus prebeantur. Stolidum tamen simul & iniquum, invitatos liberos compellere ad genus vite, à quo ipsorum genius abhorret: nefarium, eosdem adigere ad vita genus turpe, quale est mereficium; aut communis hominum indoli intolerabile, ut est calibatus citra donum continentiae, & vita monastica. Interim quantum hic quotidie peccetur, experientia rerum magistra satis superque comprobatur. Sæpe parentes cœco impetu liberos studiis

diis liberalibus destinant, quamvis nulla ingenii alacritate  
olleant, unde haud raro ad ipsos postea notum illud est ad-  
plicandum: *Non ex quovis ligno fit Mercurius.* Idem sepe  
evenit; quando in ea persuasione harent, ac si liberi illud  
vitæ genus necessario sequi teneantur, quod parentes ex-  
coluerunt, müssen dem väterlichen Handwerk folgen; & qui  
sunt ejusmodi communis navi quamplurimi alii. Unde  
legitus & divinis & humanis consentaneum esse censemus,  
ut filius deprehendens, se ad vitæ genus à Patre electum  
inhabilem esse, ab ipso libere recedere alterique cuidam,  
in quod genus magis fertur, sese addicere posse, ita ut  
patri propterea iuste erga filium indignationis causa non  
suppetat.

§. V. Quid vero, si Pater filium ad opificium aliquod, vel  
ad mercaturam addiscendam destinavit, filius vero ad studia  
liberalia sese applicat, queritur, an patrem invitum adigere  
possit, ut sumtus studiorum ipsi subministret, aut, si ex alienum  
jam contraxit, an pater ad illud persolvendum sit obligatus?  
Sanè deprehenduntur alii, qui quæstionem illam simpliciter  
affirmant, inter quos Carocius *de remed. contra sent. exc. 57.*  
*num. 8.* alii e contrario, qui negativè ad eandem respondent,  
vid. Donellus *ad lib. 5. C. ad SC. Macedon.* alii denique, qui  
Judicis arbitrio rem committendam esse existimant, inter  
quos nomen suum profitetur Lauterbach *in Comp. jur. tit.*  
*de SC. Maced.* cum aliis ibi allegatis. Nos in presenti ulti-  
morum sententia nostrum adjicimus calculum, cum favor  
publicus, ad quem provocant primæ sententia Patroni, non  
indistinctè ab iis, qui studia se excolere dicunt, promovea-  
tur, quod tamen interdum fieri contra negantes in secunda  
classe sustinendum esse censemus. Ita autem terminabitur  
arbitrium Judicis, ut ad ingenium filii respiciat, & si hoc ad-  
modum docile & filius omni impetu in studia feratur, plus fa-  
vori publico, quam privato Parentis desiderio indulgeat, si  
scilicet probabiliter prævideat judex, fore, ut per hujus homi-  
nis studia utilitas & Reipubl. & Ecclesiae insigniter aliquando

44 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS  
promoveatur, v. Illustr. Dni Stryk. de ad. investig. Sed. I.  
Membr. 2. §. 17.

S. VI. Ad educationem liberorum communiter etiam  
cura Religionis refertur, circa quam plurimæ occurunt con-  
troversiæ, quas suse proponit & examinat Dn. Frider. Lachov.  
Hünfeld. in mediat. ab iuribus & potestate parentum eo-  
rumque autoritate & officio circa religionem liberorum; sed  
cum nobis non tractatum aliquem, sed Dissertationem folium-  
modò Academicam conscribere animus sit, hinc omnibus istis  
evolvendis inhærente non poterimus, id unicè saltem agemus,  
ut mentem nostram relictâ aliorum antithesi breviter & liqui-  
dò proponamus. Illud igitur extra dubium est, si Pater &  
Mater diverse Religioni sunt addicti, & uterque liberos suos  
imbui mavult, tanquam magis pura & orthodoxa; quod tunc  
Patris potior sit conditio ejusque jussus jussui matris, ut alias, o-  
mnino præferendus. Exceptio erit, nisi per paclia dotalia, ut  
interdum fieri assolet, aliud dispositum apprehendatur, ut  
v. g. filii Patris, filiae alterius matris sacra profiteantur. Pa-  
trem enim hæc parte aliquid de jure suo remittere & in ma-  
trem transferre posse, nihil dubitamus. An verò tale pa-  
trem salva conscientia iniiri possit à despontatis, de eo ut dis-  
quiramus, præsentis instituti non est, unde B. L. ad notas  
Illustr. Strykii ad Brunnem. ius eccles. lib. 2. cap. 17. §. 8. verb.  
cum Hæretica remissis fatis erit, ubi hæc quæstio solidè de-  
ciditur.

S. VII. Non tamen eodem modò, ut de eligendo cerro  
vitæ genero diximus paulo ante in §. IV. paterna potestas cir-  
ca religionem liberorum sese exerit. Ibi liberis ad voluntarem  
suam voluntati patris conformandam obstridi erant, nisi for-  
san pater tale artificiū génus elegerit, ad quod planè sunt inha-  
biles liberi; sed hæc res conscientiam liberorum tangit, quæ ad-  
modum tenera est omnemque coactionem respuit. Unde  
prono fluit alveo, filium postquam ad annos discretionis, ut vo-  
cant, pervenit, religionem à Patre ipsi instillatam liberè ite-  
rum mature posse, neque eundem propterea tanquam inobe-  
dien-

dientem considerari debere. Neque enim ipsi Principi potestas cogendi homines invitos ad Religionem aliquam competit, prout contra Pontificios rectissimè adstruunt nostriates; ergò nec Patrifamilias eadem adscribi poterit, cum hū-jus potestas Principi sit subordinata & per consequens ille plus juris habere non possit, quam à Principe in ipsum derivatur. Quare non facinus cum Responso Lipsiensi apud Dedenkenn. in *Confil. Theol. Vol. 2. Sect. 3. n. 27. 28.* & apud Dunt. in *conf. consc. cap. 10. sect. 2. qu. 4.* circa questionem, an pater filium carceri includere queat, qui spretā omni admonitione falso seculatur doctrinam? ubi res ita deciditur: Ein Vater trügt billig Sorge für sein Kind / damit es im rechten Glauben unterrichtet / und da es versöhret / zur rechten Religion gebracht werde / (chaetenus bene, sed quæ sequuntur, indoli Religionis plane contraria sunt) und wo geltende Mittel nicht hiffen wollen / compelle contrarie zur Hand nehmen. Wenn denn der Vater alle glimpfliche Mittel gebraucht / mag er dieses scharfe woll hinzuthun / ob er wollte mächtern werden aus des Satans Strichen und die Wahheit erkennen. Modus si quidem ille convertendi homines Gallicus est & Papisticus, non Evangelicus. Et quanvis Hünfeld cit. tract. sect. I. Cap. 3. §. 20. pro excusatione adjiciat: potuisse in hoc casu plures adsuisse circumstantias, quæ rigorem patris contra regulam excitarent: ejusmodi tamen circumstantie ex tenore Responsi colligi nequeunt, quippe quod non de alia inobedientia, sed de solo Religionis dissensu mentionem injicit. Confirmant nostram sententiam Danhauerus aliique ab ipso Hünfeld allegati.

§. VIII. Hæc, quæ diximus, dubio carent quoad Religiones in Republica toleratas & in specie, quod Germaniam concernit, quoad tres illas Lutheranam, Reformatam & Pontificiam, quippe quæ iuruit effectuum civilium per instrumentum Pacis Westphalicae sibi æquiparate, (unde in *Art. 5. §. 34. d. pac.* illis etiam Catholicorum subditis. A. C. addictis, qui A. 1624. nec publicum, nec privatum Religionis sive e-

## 46 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS

xc et ceterum habuerunt, facultas conceditur, liberos suos exte-  
ris sua Religionis scholis, aut privatis domi Præceptoribus in-  
stituendos committere;) sed quid si filius talem amplectatur fi-  
dei formulam, qua Legibus Imperii non æque permittitur?  
Eo respiciendum esse putamus, utrum Princeps eundem è  
Rep. migrare jubeat, (quod facere potest citramen infamie  
notam,) an vero illum tolleret. Priori casu non amplius de  
potestate Patrifamilias disquirendi locus est, postquam ipsa  
potestas summa rem determinavit; posteriori autem adhuc in  
ea persistimus opinione: non licere patri, ut privata autorita-  
tate filium è familia expellat, ipsi alimenta, deneget, aut crucia-  
tus corporis ei inferat, cum propter religionem nec paterna,  
nec civilis societas coiverit, & dissensus circa capitare religionis  
obedientiam filialem per se non tollat, neque conformitas  
conceptuum ad felicitatem œconomicam simpliciter aliquid  
contribuat, sed saltem ad bene esse, conf. Pufendorff, de hab.  
relig. ad vit. civil. §. 49. Huiusmodi d. c. 3. §. 18. Aliud dicen-  
dum de parte testamentum condente & de bonis suis in casum  
mortis disponente. Huic enim filium propter reprobatum  
religionem exheredem scribere expresse permititur in fame-  
silla Novella 15. c. 2. quamvis hoc etiam ex principiis papi-  
sticis introductum esse existimet Dn. Præses in Comp. Nov. Ju-  
stin. d. loc.

S. IX. Optimè hic adneсти potest questio in utramque  
partem varie disputata, utrum Judeis etiam Parentibus  
jus educandi liberos in religione sua competat? vel annon  
è contrario Magistratus Christianus Judeorum liberos in-  
vitis parentibus auferre & ad baptismum deducere possit?  
Affirmant eandem non pauci, & in specie Udalricus Za-  
sius, JCtus Celeberrimus, in peculiari tractatu, quem de  
Judeorum parvulis baptizandis inscribit, diversas rationes  
pro hac affirmativa cumulare nititur. Tres autem propon-  
nit distinctas questiones, easque resolvit: I. An Judei in-  
fantes sint invitisi parentibus ad baptismum auferendi? II. An-  
non ad minimum impuberes Judeorum filii, majores infantia-  
volen-

volentes cupientesque ad baptisma invitis parentibus perduci queant? & denique *III. An filius Iudei hostibus ob certam pecuniam à patre pignoratus baptizari petens proprium pacium de ipso soluta pecunia restituendo factum, a fonte salutis baptismate impediri debeat?* Duas priores affirmat, ultimam verò negativè decidat. Nos quemadmodum quoad duas posteriores (quamvis non ex iisdem ubique rationibus, quas adducit) Zasio libenter subscribimus: ita tamen e contrario quoad primam sententia negativam defendantium nobis veritati magis consentanea esse videtur, quam fovent Thomas, Richardus, Durandus, Petrus de Palude, Panormitanus, Johannes de Anania, Felinus, Calderinus, aliquis Zasio allegat, quibus addi potest Dn. ab Andler in *Jurispr. publ. & priv. lib. 1. tit. 5. part. 12. num. 13.* Scherzer *System. theol. de Baptism.* & ad Hülsemanni *Breviar. cap. 10. th. 18.* Hünefeld d. tr. sedl. 2. cap. 4. §. 2. qui ultimus Privilegium Caroli V. d. 12. Aug. 1530. adducit, in quo hac de re ita disponitur: Daß man auch keinen der vorgenannten Juden ihre Weiber oder Kinder zu der Taufe dringen solle ex Areri *Proc. jur. hist. p. 2. c. 5. p. 537.* Singulas à Zasio adductas rationes refutare per facile èstet, si limites Dissertationis nostra hoc paterentur, unde hoc unicum monuisse sufficiat, scilicet ad baptismina recipiendum suscipiendis intentionem requiri, vel veram, vel interpretam per parentum & necessariorum assensum, quæ intentione hic omnino utrobius deficit. Ast vero contra intentionem suam invitum aliquem ad baptismi susceptionem cogere velle, indoli Religionis Christianæ repugnat & non solum lege divina, sed exemplis quoque sacra scriptura destituitur, unde apud Dedekennum *Conf. Theol. Vol. I. lib. 2. sedl. 2. num. 8.* plagiario assimilatur, qui infantem Anabaptistis parentibus clam abstulerat, non obstante bono pioque abripiensis proposito, cum modus iste nullibi probatus inventiatur, v. Hünefeld loc. cit. Reliqua ex Autoribus modo allegatis hauriri possunt.

§. X. Denique, ut alia prætereamus, jus domesticum in  
socie-

48 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS  
societate parentalı quam maxime etiam in contrahendis libe-  
rorum nuptiis se se exerit. Aliter tamen jure Romano, aliter  
divino, canonico & moribus plurim Provinciarum. Jure  
Romano quidem parentis *consensum necessitatis*, & per con-  
sequens matrimonia liberorum illo defituta nulla fuisse & ir-  
rita, nemo negabit, prout hoc ipsum innuunt textus *in pr.*  
*J. de nupt. lib. 2. l. 18. l. 35. ff. de rit. nupt.* Jure tamen cano-  
nico, divino & moribus honestatis saltem causa requiritur ille,  
ita scilicet, ut filiusfamilias consensum paternum negligens  
in conscientia quidem sine dubio peccet, patri tamen in fo-  
ro externo dissolvendi eiusmodi matrimoniorum potestas  
neutiquam competit, v. c. 6. X. *de raptor.* Exe. Dn. Thoma-  
sius *in Disp. Lipp. de valid. conjug. invit. parent. contr.* §. 17.  
*seqq.* qui omnia hue pertinentia distincte & solidè excusit.  
Exceptio est in terris Sceptro Borussico subiectis, quippe, in  
quibus potentissimus Rex speciali Edicto in hunc finem pro-  
mulgato ante aliquot annos constituit, ut quaecunque libe-  
rorum matrimonia insciis & invitis parentibus contradicta re-  
scinderentur iterum, quamvis beneficio sacerdotalis & ipsa  
carnalis copula jamdum accessisset. Quæ tamen Constitutio  
ex principiis juris civilis & æquitatis ita interpretanda modo  
pater justas dissensus sui rationes adducere valeat, ex qui-  
bus filii nuptias improbet, haec etenim si deficiunt, morofita-  
ti ejus non est indulgendum, sed Consistorium aditur, quod  
Principis nomine, quem in Ecclesiasticis repræsentat, defe-  
ctum paterni consensus supplet. Multo minus itaque pa-  
ter invitatos liberos ad matrimonium ineundum cogere potest,  
*l. 21. ff. de rit. nupt.* sed uterque consensus, & patris & libe-  
rorum, conjunctim adesse debet, quo pertinet effatum Pauli  
in *l. 2. ff. de rit. nupt.*

§. XI. Pergimus nunc juxta §. 1. b. cap. ad facultatem  
coercendi liberos patribus concessam, ubi diversis tempori-  
bus diversa etiam apud Romanos obtinuisse, deprehendimus.  
Romanorum Legislator Romulus Solonis, Pittaci, Charon-  
deque Leges, permittentes patribus filios exheredare, do-  
move

move pellere non satis graves esse judicans, ad coercendam juvenum contumaciam, & ut parenti suus honos conservaretur, omnem potestatem patri dedit in filium, idque toto vita tempore, sive incarcерem eum mittere, sive flagris cædere, si ve vincutum ablegare ad rustica opera, sive necare libeat, etiam si filius tractet Rem publicam; etiamsi Magistratus gerat maximos, etiamsi liberalitatis laudem publice sic promeritus. Quo jure usi sunt Brutus, Manlius Torquatus & Jo. Cassius, Dionys. Halicarnass. lib. 2. & 8. Tiraquell. in not. ad Alex. ab Alexandr. dier. genial. lib. 6. cap. 10. & cuius aliquid vestigia in corpore juris Romani adhuc deprehendimus, v. l. 11 ff. de lib. & posth. ibi: quod & occidere licebat, l. ult. C. de patr. potest. verb: ut patribus, quibus jus vita in liberos necisque potestas olim erat permissa, &c. Eadem potestatem patribus apud Persis competitio scribit Bodinus de Republ. lib. 17. cap. 4. de antiquis Gallis idem testatur Cæsar lib. 6. de bell. gall. & de Burdegalensibus Puffendorff. de I. N. & G. lib. 6. cap. 2. §. 12. qui etiam Romanos jus vita & necis ferè ad modum judicij cuiusdam, vocatis in consilium cognatis & amicis atque ex eorum sententia supplicio irrogato, exercuisse dicit, conf. Valerius Maximus, Livius aliique ab eodem allegati.

§. XII. Reserendum hoc porro *jus vendendi liberos Parentibus* illas olim competens, de quo ita Dionysius Halicarnassus cit. lib. 2. Romanus, inquit, Legislator permisit etiam patri vendere filium, nihil deterritus crudelitatis specie, quod res gravior videri possit, quam pro affectu domestico, quod que maxime quis miretur, in hac dissoluta disciplina Græcorum educatus, quasi durum & tyrannicum, hoc quoque Patri concessit, licere illi terna filii venditione pecuniam querere, majorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Servus enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, in posterum sui juris est. Filius vero a Patre venditus, si liber fieret, rursum sub patris potestatem redigebatur. Iterum quoque venundatus & liberatus, servus, ut

## 50 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS

ante, patris reddebatur: post tertiam demum venditionem eximebatur è patris potestate. Ex quo ipso tres illas in emancipandis liberis imaginarias venditiones & manumissiones, quarum in jure civili mentio fit, originem suam traxisse conjicit Franc. Balduinus *ad Legem Romuli* 17. Quæ quidem Romanuli Lex in tantum placuit Romanis, ut etiam inter duodecim Tabulas relata & multis annis severissimè servata fuerit, tradente Halicarnælo loc. *allegat.* conf. Alex ab Alex. genial. dier. 1.6. cap. 10. Tiraquell. *in not. ad. d. l. voc. insuper.* filios sub Patris lege esse.

S. XIII. Hoc jus Patrumfamilias subsequentibus temporibus multis modis restrictum & immutatum fuit. Utrum bene, an malè? in diversas sententias abeunt DD. quorun singulas rationes adducere nostri instituti non est, v. Bodinus *de republ. lib. 1. cap. 4.* Carpzov. *Pr. Crimin. qu. 100. n. 29 & 30.* & qui plures assert Pufendorff. *de I. N. & G. loc. cit.* Nobis bene fecisti Imperatores videtur, quod nimiam illam potestatem restringerint, cum sèpè Parentes ea abutantur, & haud raro tenerimus affectus, ubi supra modum irritatus fuerit, in truculentiam efficeratur, v. Pufendorff. *d. loc.* Interim de abrogato jure vita & necis textus est in *I. ult. C. de paup. potest.* nec non *in I. un. C. de emendat. propinqu.* de sublata abdicatione privata, quæ apud Graecos quondam in usu erat, in *I. 6. C. de patr. pot.* ad quam Gothofredus *in not.* causas hujus abdicationis recenset: ac denique de jure venditionis cef-sante in *lib. 1. C. de patrib. qui fil. suos distrax.* quam tamen Imperator Constantinus in *I. 2. eod.* eatenus iterum limitavit, ut propter nimiam paupertatem egestatemque victimus causa filium filiamve sanguinolentos vendere liceat, ita tamen, ut ipse, qui vendidic, vel qui alienatus est, vel quilibet alias, ad ingeniaret eum propriam repetere possit, modo si aut premium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro eiusmodi praefert.

S. XIV. nostris moribus ne quidem in casu paupertatis egestatisq; patribus potestatem vendendi liberos sanguinolentos

com-



competere ex summatum, sed tunc juxta constitutionem aliam, quam ex Codice Theodosiano l. ii. excerpit Tiraquellus loc. cit. procedendum erit. Verba ejus sunt sequentia: *Provinciales egestate vietus atque alimonie inopia laborantes, liberos suos vendere vel oppugnare cognovimus. Quisquis igitur bijusmodi reperitur, qui nulla rei familiaris substantia fultus est, quique liberos suos agre ac difficile sustollent, per Fiscum nostrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adjuvetur, ita ut Proconsules Praefidesque & rationales per universam Africam habeant potestatem, & universis, quos adverterint in egestate miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur, atque ex horreis substantiam tribuant competenter. Probant sententiam nostram deque praxi testantur Perez ad l. 2. C. de patr. qui fil. distrar. Grönneweg. de LL. abrogat. add. t. C. Franc. Balduin. in LL. Constant. M. l. 2. p. 201. Struvius S. L. C. Exerc. 23. th. 28.*

§. XV. Sed num etiam post abrogatum jus vite & necis nihil planè potestatis circa castigationem & emendationem liberorum Patribus amplius adscribendum erit? Imò vero, adhuc hodie aliquæ hic partes parentibus relicte fuerunt. Ita autem distinguendum esse putamus: Aut filius levius quid admisit, v. g. quando iussum paternum spernit, commissationes & meretrices sequitur, noctu extra ædes vagatur, otio torper, &c. vel publici & gravicris delicti reus est, v. g. si injuriis verbalibus, vel realibus parentes affecerit. Priori casu Parentibus jure patriæ potestatis filios immorigeros castigare verbisque verberibus ac carceribus ad meliorem mentem reducere, prohibitum non est, v. Schneidew. ad tit. 7. de patr. potest. n. 24. Cynus in l. un. C. de emend. propinqu. quo referimus etiam includendi liberos ergaftulo publico, die Kinder ins Zucht - Rassel - oder Spinnhaus / item in die Festungen zu bringen / v. Magnif. Dn. Coccejus in Diff. de judic. morum membr. § 12. Posteriori casu autem Pater pœnam à Judice filio inobedienti imponendum eligit quidem atque determinat, ipsa tamen impositio & castigatio Judici publicâ

32 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS  
autoritate perficienda relinquitur, v. l. 3. C. de patr. potest. l. 4. C.  
eod. ubi hæc ita à se invicem distinguuntur, add. l. un. C. de e-  
mendat. propinqu. Donellus Comm. lib. 2. cap. 25. Brunnem.  
ad d. l. 3. C. de patr. pot.

§. XVI. Jure Mosaico ob ea quoque delicta, quæ modo  
in priori classe recensuimus, poena capitalis dictata erat, non  
tamen privatè parentum arbitrio, sed publicâ autoritate ad  
præviam eorum denunciationem infligenda. Ita enim ha-  
betur *Deuteronomio* cap. 21. vers. 18. seq. *Si genuerit homo filium*  
*contumacem & protervum, qui non audierit patris ac matris*  
*imperium & coercitus obedire contemserit, apprehendent eum*  
*& ducent ad seniores Civitatis illius & ad portam iudicij,*  
*dicentque ad eos: Filius noster iste protervus & contumax est,*  
*monita nostra audire contemnit, commissationibus vacat &*  
*luxuria atque convivis; Lapidibus eum obruet populus uni-*  
*versus & morietur, ut auferatis malum de medio vestri & u-*  
*niversus Israël audiens pertimescat.* Quamvis autem Cle-  
ricus in notis ad h. l. allegata verba de contumacia & proter-  
via intolerabili, v. g. si parentes contumeliam afficeret iisque  
castigantibus resisteret filius, explicanda putet; nobis tamen  
cum Exc. Dr Thomasio in *Disp. de judic. seu censura morum*  
*Cap. I. §. i.* hanc explicationem contextui quodammodo ad-  
versari videtur, cum expressè filii commissatoris, luxuria atque  
& convivis vacantis mentio injiciatur, quæ via pro adeo in-  
tolerabilibus communiter haberi non solent, cum juventus  
ut plurimum ad eadem, tanquam voluptatis filias, valde incli-  
net, quod eō ipso clarius redditur, dum de liberis parenti-  
bus maledicentibus peculiares sanctiones deprehenduntur;  
*Exodus* 21. vers. 17. *Levit.* 20. vers. 9.

§. XVII. Moribus nostris ea adhuc dum obtinent, quæ  
in §. XV. quoad membrum prius ex jure Civili recensuimus.  
Neque enim tranquillitas rei domesticæ aliter salva esse pos-  
set, & nimium obruerentur Judices, si ob quævis, leviora et  
iam filiorum fam. admissa, inquisitionem instituere necesse ha-  
berent;

berent. Interim ea, quæ in posteriori membro ponebamus in d. §. XV. paululum hodie sunt immutata. Ademtā enim electione parentibus, nescilicet irā ac indignatione commoti severius, quām par est, supplicium liberis immorigeris irrogari faciant, Magistratūs five Judicis arbitrio committitur, quā poenā arbitrar. à filios protervos & contumaces puniri velit, quem in modum Scabinos etiam Lipsienses repondisse testatur Carpzov. *Pr. Crim. quæst. 100. num. 35. seqq.* Illud tamen adhuc remansit, quod parentes intercessione sua poenam aliis promeritam moderare & mitigare valeant, non autem exasperare, Idem loc. cit. num. 38. ibi: es wolte ihm denn sein Vater auff seine Abbitte solche Verbrechung verzeihen und selbster um Linderung der Straffe für ihn bitten / auff den Fall möcht' es ihm in Absehung des Vaters Verbitte die Leibes-Straffe erlassen und Er allein mit ewiger Verweisung in Straff genommen werden, B. R. W.

§. XIX. Ex hac tenus dictis sequitur, Patrem qui adhuc hodiè jus interficiendi filium ob grave delictum ab eo commissum sibi arrogare vult, illud impunè facere non posse, & nihil interest, utrum cognitionem causæ præmisserit, annon, quia ne auditum quidem filium occidere licet. Interim tamē a pena ordinaria L. Pompej de Parricidis, vel, L. Cornelie de Sicariis eum communiter absolvunt & leniorem aliquam eidem faltem dicitant, v. Baldus in lib. 5. §. ult. ff. ad L. Aquil. Cujac. *Obseru. lib. 6. c. 17.* Georg. Obrecht de necess. defens. c. 6. n. 21. & 22. Idein dicendum esse putamus, si filius patri moderatè castiganti resistit eoque ipso eundem ad graviorē castigationem, vulnerationem & ipsam denique occasionem permovet, nisi forsitan pater in eo forsitan statu fuerit, ut nisi filium interficeret, ipsi moriendum fuisset, tunc enim ex iis, quæ generaliter circa moderamen inculpatæ tutelæ in jure statuta deprehenduntur, Pater ab omni prorsus poena absolventur, ad quem casum unicè respicere putamus Obrechtum loc. cit. num. 20.

§. XIX. Quæritur autem : Annon liberi parentibus cancellos castigationis sibi prescriptos egressientibus jure resistere possint ? Hinc quæstionem sequenti modo resolvit Obrecht loc. cit. num. 17. seqq. Primo dicit liberos, si non precibus, culpæ deprecatione, pollicitatione melioris vitæ, parentum iram mitigare & ita vita periculum evitare possunt, fuga sibi consulere nec ferientibus parentibus per vim resistere debere. Quod si autem, pergit, ita sint arctati, ut aufugere non valent, omni conatu eos in id incumbere debere, ut patris iodus avertant, non etiam, ut eum percutiant, vel plane interimant, quia parentum persona liberis semper honesta & sancta videri debet. Sed quid si res eo per venerit, ut vel pater interficiendus sit, vel filio pereundum ? adhuc tamen justius & æquius esse videtur Obrechto, ut filius potius mortem patienter ferat, quam patri vitam adimat, à quo post Deum vitam accepit, quia, addit, Religio, pietas & ratio naturalis filium monent, ut potius mortem obeat, quam scelerissimum parricidi crimen committat, & quia etiam servi salutem Domini propriæ salutis præferre tenentur. Non is, quantum ad priora attinet, filium scilicet, si possit, fugere & iodus avertere debere, cum Obrechto facile convenit; quantum tamen ad ultimum illud, quod mori potius, quam se cum internecione patris defendere obstricetus sit, in contrarium discedimus sententiam. Esto enim, filium vitam à patre post Deum accepisse; pater tamen ultra modum in filium sæviens ad jura patribus alias competencia provocare ulterius nequit, quia iisdem se se indignum reddidit. Unde falsum est suppositum, ac si filius hoc casu patrem occidens scelerissimum parricidi crimen committat. Denique ab obligatione servorum Romanorum ad liberos consequentiam non procedere existimamus, sed ejusmodi patri ex lib. 5. ff. de L. Pompej. de Parricid. merito in mentem revocamus, patriam potestatem in pietate debere, non atrocitate consistere, unde etiam in d.l. patrem, qui filium occiderat, latronis potius, quam patris personam sustinuisse dicuntur.

citur. Imò hanc nostram sententiam in praxi servari filiumque hoc casu parricidii poenā non teneri, ipse testatur Obrecht loc. cit. num 19. in fin.

S. XX. Antequam hoc caput claudamus, singularem lubet subjicere casum, qui recentur in Pauli Friedebornii Historischen Beschreibung der Stadt Alten-Stettin in Pommeria lib. 2. pag. m. 113. de quo an cum principiis hactenus suppositis conveniat, facile judicari posset. Ia autem habetur in cit. tractatu: Es hatte Bürgemeister Joachim Appelmann zu Star-gard einen Sohn / Joachim genannt / welcher in seiner Jugend ein freches und wildes Leben geführet / und den Eltern / von denen er unterschiedliche mahl ausstaffirte und in Krieg geschickter worden / in vielen Wegen ungehorsam gewesen. Deswegen ihn auch der Vater etlichen Wochen in custodia zu halten genötigter worden. Dieser wie er etwa von fremden Dertern nieden angelanget und von seinem Vater Geld begebet / aber nach seinem Willen nicht erlangen können / hat ihm einen Absage-Brief zugeschrieben / des Inhalts: Er solte ihm 100. Rohl. schicken / oder er wolte ihm einen rethen Hahn auf seine Schäfferey oder Scheune setzen und solte für ihm nicht sicher seyn. Als nun solche gefährliche Dissidienz in der Stadt Star-gard laufbahr worden / haben die Bürger und zumahl diejenigen / so nächst an dem Orthe ihre Hösse und Scheunen liegend gehabt / diese besorgliche Gefahr E. E. Rath. daselbst geklaget / justiciam requiriret / auch cautionem indemnitas gefordert. Worauß E. E. Rath besagtem Bürgern. Appelmann / so der mahl in Senatu zugegen gewesen / mit höchstem Fleiß und Ernst ermahnet / dahin zu dencken / daß sein ungerathener feindseliger Sohn Angesichts abgeschaffet / die Stadt und Bürgerschafft aus der Gefahr gesetzet / und durch gnu same Caution falls versichert werden möchte / auf den niedrigen Fall müssten sie ihres Ambs gebrauchen und wieder seinen Sohn vermöge Rechtens verfahren. Er wolte es über dahin nicht gereichen lassen/

58 CAP. III. DE JURE DOMESTICO PATRIFAMILIAS  
lassen / sondern solchem Ubel bey Zeiten vorkommen und seiner  
ueerhalten loblichen Famile kein Mackel oder Schandfleck en da-  
he o zuwachsen lassen.

§. XXI. Ob nun wohl / ita pergit Friedebornius, diese  
scharffe und gleichwohl nöthige Erinnerung auch evenual  
commination dem Vater sehr durchs Herze gangen / so hat  
er doch bey sich erwogen / daß Ihm als einem Bürgermeister  
gemeiner Stadt bestes zu wien obliegen woste : Dass Er  
auch die geforderte Caution nicht wohl leisten könnte / und das  
hers allerhand zudringliche Gefahr von der Bürg rschafft zu-  
gewarthen haben müste. Und weil periculum in mora auch  
nach geschehener That nicht wohl Rath zu schaffen / als hat er  
geschlossen / unter zweyen Wößen das geringste zu erwehlen  
und mit schleuniger Execution allem Unheil vorzukommen /  
als den kläglichen Fall zu erwarten und anzusehen / daß sein  
Sohn öffentlich zur Straße gezogen und jedermann zum  
schmählichen spectacul dargestellt werden sollte. Hat sich  
darauff mit kurzen Worten erklåret / Sie folten nur ein wes-  
nig Gedult haben / er wolle die Sachen also richten / daß sein  
Sohn keinen Schaden thun sollte. Ist demnach also fort mit  
einem Prediger ins Dorff Brockhusen gefahren / die Diener  
aber und Scharff-Richter vorhin geschickt / und daselbst sei-  
nen Sohn unvermuthlich übervallen / gefangen und folgends  
mit Gott berichten lassen / ihn aber selbst mit herhaftigen  
Gemüthe angeredet / zum Sterben ernahnet / gesegnet und ges-  
trostet. Ob nun wohl der Sohn ihn ganz siehndlich ge-  
betthen / ihm das Leb n zu schenken / mit hochbartheuerlicher  
Verpflichtung / daß er sich bessern / und in fremde Lande zie-  
hen und nimmermehr wiederkommen wolte / so hat er doch  
solches aus Ursachen / daß er dasselbe zuvor oft angelobet  
und nie nicht gehalten / nicht erbitten können / sondern es hat  
der Vater endlich dem Scharff-Richter die Execution anbe-  
sohlen / welcher auch nach des Bürgermeisters Abzuge sein  
Amt verrichtet / und ihm bey dem Kirchhofse daselbst das

Haupe

Haupt abgeschlagen / da er dann sofort auch im Kirchthurm begraben worden.

§. XXII. Vides ergo exemplum, quod recentioribus adhucse. ulis Pater jus vitæ & necis in filium exercuerit. Video sanè. Sed video saltē exemplum. At legem videre volebam. Exemplis enim non est judicandum, sed Legibus. Ergo, ut breviter dicam, quod sentio, Consul ille filium in manus Carnifis tradens eumque decollare curans, terminos juris domestici hodierni enormiter transgressus esse videatur. Nec est, ut ad præsentaneam periculum moram non admittens provokes; potuisset enim huic malo & que, imo melius, p̄r manus Judicis medela adferri, quam per patris manus. Quid? si dicas, consulem non ut patrem, sed ut membrum Senatus Stargardiensis contra immorigerum filium processisse; At vero membris Senatus singulis non competit exercitium jurisdictionis, præcipuè criminalis, ubi non de glāde legenda, sed de vita & sanguine humano agitur. Et licet probari posset, Consulem ad mandatum reliquorum Senatus membrorum hunc actum exercuisse; nihilominus tamen processus contra leges irtipingeret, cum in notoriis quoque delictis aliqua cause cognitio præcedere & inquisitus ad defensionem admitti debeat, juxta vulgatum illud Criminalistarum: *Ne diabolo quidem defensionem denegandam esse.* Sed nulla hic cause cognitio, nullus processus inquisitorius. Omnia eo recurrent: Der Vater habe den Sohn unvermutlich überfallen / fangen und mit Gott berichten lassen / ihn angeredet / zum Stehen ermahnet / gesegnet / getrostet und endlich dem Scharff-Dichter die execu-tion anbefohlen. Novus plane & insolitus Processus.

§. XXIII. Denique obseruandum ex §. II. b. Cap. nos ha-  
ctenus locutos fuisse de liberis in familia paterna adhuc exi-  
stencibus, quod in illos imperium domesticum exerceri pos-  
sit. Aliud ergo postquam per emancipationem sive expres-  
sam, sive tacitam, sui juris facti sunt. Quamvis enim & tunc

33 CAP. IV. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS  
ad reverentiam parentibus exhibendam obstricti sint liberi; parentibus tamen nullum jus cogendi liberos ad actiones ex beneplacito parentum suscipiendas amplius competit, unde tunc magis fiduciandi, quam imperandi potestatem habent. Putat equidem Hünefeld loc. cit. sect. I. C. i. §. 9. imperium paternum perpetua nisi causi, & sic patriam potestatem tam jure naturae quam civili esse perpetuam, cum dictum imperium non ex educatione tantum, sed ex generatione quoque sit deducendum; Verum quemadmodum alii hoc suppositum jam refutarunt, v. Exc. Dn. Thomasius in *Jurisprud. div. I. 3. c. 4.* & Dn. Pufendorff. ibi alleg. ita nos nescimus, quomodo dissoluta societate paterna, quod sit per emancipationem, effektus ejusdem, inter quos praeципius est imperium paternum, adhuc durare possint, cum cessante alias causa effectus ejusdem quoque cessare necessario debeat. Sed hac de re alia forsitan occasione plura dicimus. Pergimus ad

#### CAPUT IV.

### De Jure domestico Patrisfamiliâs ad servos suos relati.

#### CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Servi alii natura tales, alii ex interveniente factio, qui posteriores vel juxta solum jus naturae, vel juxta jus Gentium, vel politicè considerantur, §. I. Quinam objectum presentis capituli constituant? §. II. Jus Dominorum in servos apud veteres Romanos summarì recensetur. Pertinet buc praecepit jus vite a necis §. III. Quod subsequentibus temporibus primò per erecta aysla, deinde per Constitutiones Principum restitutum fuit. Umbricia in quinquennium relegata, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset §. IV. Hodie tales servos non amplius habemus. Si tamen haberemus, eorum conditio adhuc ex LL. Romanis dijudicanda esset. Adducitur l. un. C. de emend. servorum §. V. De jure Domestico in servos politicè consideratos, sive famulos nostros bidernos competente. Obligantur Domino ad quascunque operas consuetas ex praevio

vis contractu prestantas. A servis tamen Romanis ad eos non valet consequentia §. VI. Famulus ante finitum locationis tempus recedere & vice versa Dominus eum ante a sine justa causa expellere nequit. Pro expulsione nondum habetur, licet Dominus in calore iracundiae cum domo exire & ad rem nunquam revereti jubeat §. VII. Dominus famulos suos peculatori jumento obstringere potest, ut de eorum fidelitate eo magis securus sit, quod vocant juramentum domesticitatis §. IX. Dominus nosris jus castigandi famulos, modice tamen, competit. Et hinc multò magis facultas verbis & increpationibus eos corrīgendi. Animus injuriandi hic in dubio non praestanturn. Utrum matris familiæ jus dirigendi & castigandi ancillas quoque competat §. IX. Famulus, si Domino moderatè castiganti violenter resistit & tunc a Domino occiditur, sibi hoc imputare debet, nec Dominus propriæ pœne subjicitur, §. X. Dominus in modo castigationis excedens & famulum non resistentem occidens, arbitrio punitur. An dissimilat dierum, in iure Mosaico hic usitata, adhuc hodie locum inveniat? §. XI. Famulus Domino limites castigationis excedenti resistent eumque occidens extra pœnam est, si in periculo vite constitutus fuit. Illustratur hoc exemplo libertorum Romanorum §. XII. Conclusio capituli & transitus ad caput sequens §. XIII.

## S. L.

**V**ocabulum Serui multis modis accipitur. Aristotelis quippe natura illi servi sunt, quorum ingenium ita habes est, ut quid sibi expediat, quid non, difficultate perspiciant, magis apti, qui aliorum directioni subsint, quam qui proprio arbitrio relinquuntur. Icni inter servos juxta solum ius naturæ & juxtamores gentium consideratos distinguere solent, quorum priores ex libera voluntate ob indigentiam sese Dominis in perpetuum addixerunt, posteriores autem in bellis capti & tunc inviti quoque Victorum potestati subiecti fuerunt, ad quorum classem servos Romanorum merito referimus. Denique dantur etiam servi politice considerati, qui operas suas pro certa mercede ad tempus aliquod

60 CAP. IV. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS  
locare consueverunt, quo elapo pristinam iterum conditio-  
nem recipiunt.

§. II. Servi Aristotelici huc non pertinent. Hebetu-  
do siquidem ingenii alteri non tribuit jus me subigendi suōq;  
imperio subjiciendi, neque etiam illa fuit mens Aristotelis,  
quod Dominus & servus *actu* per naturam constituantur, sed  
hęc saltem, quod homines stupidi commodius aliis servire,  
quam ex proprio beneplacito actiones suas expedire possint.  
Propius quidem ad scopum nostrum spectant servi, qui vel  
propter inopiam Dominis in perpetuum fese addixerunt, vel  
in bello vieti & alienę potestati subjecti fuerunt; sed tamen  
neque hic admodum prolixī erimus, cum singula huc perti-  
nentia ab aliis, præcipue autem a Pufendorffio de I. N. & G. I.  
5. c. 3. & ab Exc. Dn. Thomasio in *Juris prud. divin. lib. 3. c. 5.*  
jam fuse træclata esse deprehendamus. Pauca ergo saltem ex  
iis, quę jus civile de servis Romanorum disposuit, adduce-  
mus, & deinde, quid circa famulos nostros hodiernos juris  
sit, breviter subjiciemus.

§. III. Servorum Romanorum quę misera conditio fue-  
rit, ex diversis juris civilis textibus facile colligitur. Pro nul-  
lis enim habentur juxta Ulpianum in lib. 32. ff. de R. I. conf.  
Dion. Gothofred. in not. ad h. l. ubi alios plures textus huc fa-  
cientes allegat. Servile caput nullum jus habere testis est  
Paulus in lib. 3. §. 1. ff. de cap. minut. Servi mortui adsimi-  
lantur, lib. 59. §. 2. ff. de C. & D. Quadrupedibus in que-  
stione de damno resarcjendo exæquantur. l. 2. §. 2. ff. ad L.  
Aquil. ipsis non sit injuria §. 4. f. de injur. cognationem  
non habent, l. 1. §. 2. ff. Unde cognati, nihil sibi acquirunt,  
sed omnia Dominis cedunt, t. t. f. de stipul. servor. lib. 79.  
ff. de acquir. hered. quibus ad operas indistincte præstandas  
sunt obligati, conf. t. t. ff. de oper. servor. imo, quod com-  
plexus omnium reliquorum est, que forsitan adhuc speciatim  
adduci potuissent, Domini jus vite & necis in servos exerci-  
cebant, §. 1. f. de his, qui sui vel alien. jur. lib. 1. §. 1. ff. eod.  
conf. Gothofredus ad d. 4. 3. §. 1. ff. de cap. minut.

§. IV.

§. IV. Paululum tamen hæc etiam subsequentibus temporibus immutata fuerunt, ab initio quidem per erecta aſyla, ut servi innocentes à Dominis suis durius habiti ad ea confugere poſſent, quorum diversa exempla adducit Henning Arnſteus *doctrin. polit. Cap. 4.* deinde autem per ipſas Principum Constitutiones. Conferri hæc de re meretur *lib. 1. §. 2.* it. *lib. 2. ff.* de his qui ſui vel al. jur. ubi tota res in compendio proponitur. Sed hoc tempore, inquit Caius, autor *d. l. 1.* nullis hominibus, qui ſub Imperio Romano ſunt, licet ſuprā modum & ſine cauſa Legibus cognita in ſervos ſuos ſevire. Nam ex Constitutione Divi Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum ſervum occiderit, ſed & majorasperitas Domini- rum ejusdem Principis Constitutione coeretur. Ulpiani verba, reīn adhuc magis declarantia, in cit. l. 2. hæc ſunt: Si Dominus in ſervos ſevierit, vel ad impudicitiam turpem que violationem compellat: que ſint partes Praefatis ex Reſcripto D. Pi ad Aelianum Marciānum Proconsulēm Bætię maniſtabitur, cujus Reſcripti verba hæc ſunt: Domini- rum quidem potestate in ſuos ſervos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi, ſed Domini- rum intereft, ne auxilium contra ſevitiam, vel famem, vel intole- rabilem injuriam denegetur hiſ, qui iuſtè deprecantur. Ideo- que cognofce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad ſtatuum confugerunt: & ſi vel durius habitos, quam a- quum eſt, vel infami injuria affectos cognoveris: venire jube, ita ut in potestate Domini non revertantur: aut ſi meæ con- ſtitutioni fraudem fecerit, ſciet me admiffum ſeverius exe- cuturum. Subiungit exemplum de foemina ancillas nimis dure tractante: Divus etiam Hadrianus Umbriciam quan- dam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levifimis cauſis ancillas atrocifime trahafset. Sic etiam caſtra- tio ſervorum ſub gravi poena prohibita fuit, v. l. 4. 5. & 6. ff. ad L. Cornel. de ſicar.

§. V. Servos in ſenſu juris Romanī hodiè in Germania

H 3

noſtra

62 CAP. IV. DE JURE DOMESTICO PATRI FAMILIAS  
nostra vix amplius habemus, nisi quis fors in captivos Turcas,  
qui durante ultimo in Hungaria belo Turcico per Officia-  
les militares ad nos adferebantur, exempli loco adducere  
velit. Quod si ergo de eorum conditione, deque jure do-  
mestico domino in ipsis competente quæstio incideret, sine  
dubio a iuris Romanis fontes recurrentum esset. Sci-  
licet haberentur cum Domino pro una persona: quicquid  
acquirerent, id Domino cederet: possent noxae dari, vendi,  
donari, permutari & quicunque alius contractus eorum in-  
tuitu celebrari: possent castigari, modice tamen & absque  
sevitia, &c. Meretur, ut adhuc verba l. un. C. de emend. servor.  
ad eò magis illustrandam hanc materiam adscribamus si virgis,  
inquit Constantinus Imperator, aut loris Dominus servos  
afflixerit, aut custodia causa in vincula congecerit; dierum di-  
stinctione sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum  
servo mortuus sustineat. Nec verò immoderatè jure subiatur:  
sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum iugulatus, aut lapi-  
dis ceciderit: vel certè telo usus lethale vulnus infixerit, aut  
suspenso laqueo praecoperit, vel gessione teatrè precipitandum  
esse mandaverit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniaverit  
penis publicis corporis, ferarum unguibus latera persecando,  
vel exurendo oblati ignibus membra, aut tabescentes ar-  
tus atro sanguine permixta sanie destuentes, propè in ipsis  
adegerit cruciatibus vitam relinquere sevitia inmanium bar-  
barorum.

§. VI. Cum itaque servi in sensu juris Romanii tales a-  
pud nos sint rariores; hinc magis è re fore censemus, ut de  
jure domestico patrifamilias in famulos nostros competente  
nonnulla differantur. Illud certè sollicità demonstratione  
non indigebit, famulos illos esse liberos homines, & quæ ac Do-  
minos suos, hisque non in perpetuum, sed ad certum solum  
modo tempus ex contractu locationis coniunctionis esse ob-  
strictos. Unde hoc quidem maner, quod famulus Domino  
ad quicunque operas, quas utilitas familiæ exigit, queque  
non sunt prorsus inconfuetæ, impossibilis & turpes, vi initi

con-

contractus teneatur; ea tamen, quæ ad servos Romanos in specie pertinent, nullâ ratione ad eosdem applicari poterunt. Quis enim unitatem inter Dominum & famulum fingeret? quis facultatem nocte dedendi, vendendi, permute*n*ique famuli Domino adscriberet? Atque præterea Dominus nihil planè ex iis perecipit, quæ famulis sive donationis, sive hereditatis, sive Legati, sive aliò quounque titulò abveniunt, sed famulis liberam disponendi facultatem concedunt iura nostra.

§. VII. Quod verò alias dicitur: pœta dare legem contractu*m*: illud quoque in contractu locationis conductionis inter Dominum famulumque intercedente observandum erit. Hoc volumus: quemadmodum famulus ante finitum conductionis tempus sine justa causa Dominum suum deferere nequit: ita quoque Domino non est concessum, ut famulum ante illud tempus absque pregnanti ratione è familia expellere possit. Unde si huius filiorius faciat, æquè ad integrum mercedem famulo solvendam tenebitur, quam si hic operas promissas per totum conventum tempus praeficiliter, v. l. g. §. 9. & 10. ff. Locat. lib. 38. ff. eod. 1. 24. ff. de condit. & demonstr. l. 161. ff. de R. J. nisi forsitan famulus alteri statim operas suas locaverit eandemque, quæ à priori Domino ipsi promissa erat, mercedem acceperit, tunc enim ejus interesse cessat, v. d. l. 9. §. 9. & 10. ff. locat. Sed an famulum jam expulsi legesque contractus violasse censetur Dominus, si calore iracundiae illum domo exire & ad rem nunquam reverti jubeat, Er solle ihm nicht wieder vor seine Augen kommen / sondern nur hingehen / wo der Zimmermann das Loch gelassen? Placet nobis negantium sententia, cùm ad ejusmodi expulsionem plena & deliberata requiratur voluntas, qualis non adest in actibus, qui in calore iracundiae perficiuntur. Et in modo haud raro parentes etiam adversus liberos suos ejusmodi formulis uti solent, quas tamen irâ recedente non exequuntur, sed patiunt revocant. Famulus ergo cedere quidem debet in præsenti Domini

mini

## 64 CAP. IV. DE JURE DOMESTICO PATRISFAMILIAS

mini iracundiae; postea tamen iterum redire cum oportet, quod si tunc adhuc in priori opinione persistat Dominus, tunc demum quoque justam migrandi causam allegare poterit famulus, v. Bonacossa in *pecul. tr. de serv. & famul.* quest. 104. Stamm. de *servit. personal.* lib. 2. c. 11. num. 3. Lauterbach, *Comp. Jur. de fugitiis inf.*

§. IX. Quemadmodum vero juramentum tanquam vinculum fortius ligans ad cujuscunque generis contractus accedere potest: ita quoque Dominus cum famulis contrahens ab iisdem reclè exigit, ut ipsi obsequium & fidelitatem in expediendis actionibus suis sub jurisjurandi religione sanctè promittant, v. Illustr. Dn. Stryk in *not. ad Lauterb. tit. de jurej. ad p. 176.* quod vocatur juramentum domesticitatis. Quæ enim ratio in praxi juramentum fidelitatis in feudis; illa quoque in societate herili idem ratione operarum fideliter praestendarum admitti, v. Speidel in *Specul. voc. Huldigung* *Setser de juram. lib. 2. cap. 2. num. 26.* Bitschius in *Comm. ad jus feud. lib. 2. tit. 5.* Cum enim aditus ad omnia ferè, quæ in bonis habet patresfamilias, famulis pateat, occasio autem furem facere eosque ipsos, qui hactenus probæ noræ & integræ fama fuerunt, haud raro irritare atque pervertere soleat, ut sic nemini tuto fides adhiberi queat; hinc merito cautelæ loco, ad securitatem rerum suarum eo melius stabiliendam, dictum juramentum à sedulo patresfamilias adhibetur, quia per juramentum etiam mali alias homines eatenus constringi solent, ne pro lubitu adfectui corrupto indulgeant.

§. IX. Quod jus castigandi famulos concernit, illud certè, si in summo rigore capitur, quatenus scilicet jus vita & necis subse comprehendit, Dominus hodiè concedi nequit, cum illud nequidem in servos Romanos juxta Imperatorum Constitutiones amplius competuisse, antea evictum fuerit. Moderate tamen castigationis potest item etiam nostris Dominis concedant Doctores, quia videlicet sine illa tranquillitas & felicitas rei domesticæ vix vel ne vix quidem obtineri potest,

est, Domino autem seu capiti familie à Principe ea omnia concessa esse intelliguntur, sine quibus societatis scopum consequi non valet. Quod si vero jus haber modice servum castigandi, multo magis etiam increpationibus eundem corrigerare fas erit, neque in dubio dominus animum injuriandi habuisse censebitur, quia in terminis a jure permisso versatur. Sed an etiam idem jus matris familias intuitu ancilarum adscribendum? Putamus, quod non, quia illa non est familie caput nec societatis directio ipsi demandata. Quia tamen Patres familias ut plurimum ancillas uxorum directioni sponte relinquunt, laborum ab iisdem expedientorum plane imperit; hinc etiam jus coercendi uxoribus concessisse presumuntur, ut ergo hac ratione illud non jure proprio, sed nomine alieno, mariti scilicet, erga ancillas exerceant.

§. X. Ex hice præmissis aliquot conclusiones derivari commode possunt. Ponamus enim, quod Dominus famulum suum ex justa causa moderatè castigaverit, famulus autem malitia repletus eidem modo violento resistenterit, quo ipso concitatus Dominus famulum resistentem vel vulneravit, vel statim interfecit, queritur: *an & qua panis Dominus propterea sit adscendens?* Respondemus autem cum Georg. Obrechto in *tr. de necess. defens. cap. 6. num. 30.* eum nec de cæde, nec mulcere minus de vulnere famulo illato teneri. Ratio in promptu adest, quia moderata Domini castigatio sicut permitta & contraria vis famuli prohibita, & quia non Dominus, sed ipse famulus in causâ fuit, ut vel ipse vulneraretur, vel occideretur, unde ad ipsum optime quadrat tritum illud: Autorem rixæ teneri de omni eo, quod ex rixa fecutum est, vi allata enim effecit famulus, ut Dominus vim vi repellere coactus sit, itaque quod fecit, sui defendendi causa fecisse intelligitur, *v.l. 3. ff. de l. & 1. Obrecht loc. cit.*

§. XI. Quod si vero Dominus abstrahendo ab ejusmodi circumstantiis famulum vel lethaliter vulneravit, vel plane interfecit, a pena immunis non erit. Excusabitur tamen a poe-

66 CAP. IV. DE JUR. DOMEST. PATRISF. AD SERV. SUOS RELAT.  
ma ord naria, cum ab initio in facto lictio versatus fuerit, & sal-  
tem debitam diligentiam, quam homines frugi & providi ad-  
fere solent, non adhibuerit, unde homicidium ab eo com-  
missum non pro dolo, sed culpo solum habetur, v. Carpz.  
*Prax. Crimin qu. 27. num. 8. & 9.* Evidem de jure Mosaiico ad  
certum dierum spatium respiciebatur, prout testatur textus  
*Exod. 21. v. 20. & 21.* W. r seiner Knecht oder Magd schläget mit  
einem Stabe / daß er stirbet unter seinen Händen / der soll dar-  
umb gestrafft werden; W. kibet er aber einen oder zweien Tage  
(leben) so soll er nicht darumb gestrafft werden / denn es ist sein  
Geld; sed ille textus partim de mancipiis loquitur, partim et-  
iam per supra cit. l. un. C. de emend. serv. ibi: dierum distinctione  
sive interpretatione depulsa, ipsi est expresse derogatum, quini-  
mo apud nos, sicut nec alias leges forenses Mosaiicæ, nunquam  
invaluit. Hodie ergo in ejusmodi casibus de eo unice que-  
ritur: *an rubus lethale fuerit, annon?* quod in quoconque ho-  
micii generi primum discut: solet, v. Ant. Matthæi *de crim.*  
*sit. 5. cap. 3. num. 17.* & qui plures citat Brunnen. *Comm. Cod. ad*  
*d. l. un.* Quod si famulus nulla: plane castigationis cauam  
domino dederit, sed Dominus ex privato odio eundem occi-  
derit, poenæ ordinariae sine dubio locus erit.

§. XII. Ponamus porro Patrem familias, hominem a-  
cerbum & rixosum, famulum suum gravibus plagiis atque ver-  
beribus affecisse, famulum autem vim sibi illatam vi repulisse  
& simul repellendo Dominum suum interfecisse, queritur:  
*an famulus propere a puniri queat, & que pena delicto sit propor-*  
*tionata?* Casum huncce iterum proponit Obrechtus *cit. tract.*  
*a. 6. num. 27.* cuius fundamentis innisi nos eum quoque deci-  
demus. Vulgatum est brocardum: Ubi offendio est pro-  
hibita, ibi defensio licita habetur, ex quo subsumptio facilis ne-  
gotio fieri poterit. Quoties nempe gravibus plagiis famulum  
Dominus afficit, tories limites transgreditur, qui ipsi à Legis-  
latore perfiniti erant, & ergo in eo ipso momento in facto il-  
licito deprehenditur ejusque offendio est injusta. Nullum  
ita-

itaque dabium supereft, quin defenfionem hoc caſu à famulo ſuceptam omni jure permifſam eſſe pronunciemus. Si enim jure vēteri Patronis adverſus libertos levis tantum coercitio permitta fuīt, adeo, ut si liberti atrocius tractarentur, aſcio injuriarum iſpis adverſus Patronos data ſit, l. 7. §. 2. f. de injur. l. n. §. 7. f. cod. certē hodie Dominis in famulos nohniſi moderata coercitio competitor, quiſ nullius antea servi, nec a quoquam libertate donatiſuerunt, ſed liberi ſunt & ingenui, & conſequenter ingenuorum jure gaudent. Ex quo ſi Dominus famulum ſuum ſibi iuste reſiſtentem interfecit, omnino poena L. Corneia tenebitur, quia etiū non jure, ſed inuria occidiſſe intelligitur, Voltzius in Comm. ad L. Corn. de ſicar. c. 7. num. 4. f. qq. Obrecht, loc. all.

§. XIII. Plura forſan de hac materia adhuc dici potuiffent, ſed diſputatio jamdu m p̄tēr intentionem nimis excrevit, unde B. Lectorem ad Bonacoffam in peculiari trāctatu de famulis & ſervis agentem remiſiſe ſufficiet, ex quo aliisque reliqua huic pertinētia ſuppleri faciliē poterunt. Dicemus adhuc paucā in

## CAP. V.

## De Jurisprudentia Domestica.

## CONTENTA HUJUS CAPITIS.

**L**eges ſine iurisprudentia parum proſunt, quod non ſolum in Legibus publicis, ſed in domēſtico quoque locum inveni. §. I. Deſini iurisprudentia domēſtica iuriſque domēſtici conſultus. Species interpretationis quodad Legeſ domēſticas §. II. Jurisprudentia civilis & domēſtica obiecto ſolum diſſerunt. Movere queſtio, cur de iure Domēſtico non in peculiaribus ſystematibus aut Collegiis agatur, & cur non conſtituantur Professores iuriſ domēſtici? §. III. Reſpondeatur ad hanc queſtioneſ. Interpretatio doctinalis, que ad JCTos ſpectat, eſt remedium ſubſidiarium, ad quod non deveniatur, quamdiu interpretatio arbiſtentia, tanquam remedium ordinari-

rium, locum habet, §. IV. In Legibus publicis obscuris non semper ad Principem recurreri potest ab multitudinem negotiorum, bene tamen ad Patrem familias, quando Leges Domesticae interpretationem defiderant, quod declaratur §. V. Alia differentia ratio, Leges publicae ut plurimum scripto comprehenduntur, domesticae non, unde he quoque tot pravis interpretationibus non sunt subiecte, ut ille quidem, Leges scripta plus nocent in re familiaris quam profundit, §. VI. Quod si Pater familias peregre absit & voluntatem suam litteris declaret, tunc ad easdem interpretandi regulas recurrentur, qua in Legum publicarum interpretatione adhiberi solent, §. VII.

## S. I.

**Q**uod de Legibus civilibus assertit Pomponius in l. 2. §. 13. ff. de O. J. parum esse, licet jus in civitate existat, nisi sint, qui jura regere (i.e. ut rectè explicat Gothofredus, ad usum societatis humanæ accommodare) possint: illud optimò etiam jure ad Leges domesticas, de quibus hactenus in diversis capitibus pro ratione instituti nostri differimus, applicari potest, hoc scilicet modò, quod parùm sit, jus in societatibus domesticis esse, nisi sint, qui jura domestica regere queant. Unde nunc denique binis saltem verbis monendum erit, quid circa gentinam Legum domesticarum accommodationem præcipue observandum, cum etiam Leges domesticas scire non hoc sit, verba eorum tenere, sed vim & potestatem, v. l. 17. ff. de LL.

S. II. Jurisprudentia ergò domestica, aut si accuratiùs loqui amas, prudentia juris domestici, nobis nihil aliud est, quam habitus leges domesticas ritè interpretandi & ad casus, dubios obvenientes applicandi. Jurisque domestici consulens ille vocatur, qui hunc interpretandi & applicandi habitum possidet. Et quemadmodum alias interpretatio in aauthenticam, usualem & doctrinalem, atque haec iterum in suas sub-species declarativam, extensivam & restrictivam dispescitur: ita quoque cædem distinctiones in materia Legum domesticarum locum inveniunt. Aauthentica est, quando ipse pastora-

tersfamiliās verba prolata declarat: Usualis; quando domesti-  
ci verbis, quae in se dubia erant, haclēnus certam significatio-  
nem attribuerunt & paterfamiliās non contradixit: Doctri-  
nalis autem, quando iudicem domestiici peritores de sensu jus-  
fūs dubii & obscuri consulunt, hi verò vel propter identita-  
tem rationis dispositionem ultra ejus verba extendunt, vel  
ob rationem cessantem eandem restringunt, prout in Le-  
gibus publicis fieri consuevit.

§. III. Vides ergo, prudentiam juris civilis & domesti-  
ci non aliter differe, nisi solo obj. elo. Nam & jurisprudentia  
domestica pro fine suo habet justitiae & utilitatis promoto-  
nem, hec tamen utilitas cancellis cuiuscunq; familiæ & de-  
mum includitur, neque ad totam Rempublicam, vel ad conci-  
ves sese extendit. Mirum vero alicui videri posset, qui fiat,  
quod neque in libris in hunc finem promulgatis (quibus in ju-  
risprudentia civili abundamus ad naufragium usque) prudentia  
juris domestiici in formam artis redacta, & si Diis placet, juxta  
quatuor causarum genera proposita doceatur, neque etiam in  
Collegiis privatis ejusdem fundamenta potiora explicitentur,  
neque tandem in Academiis uni ex Professoribus Juridicæ  
facultatis ejus professio injuncta fuerit; quod dubium ut-  
tollatur, de natura Jurisprudentiæ domesticaæ sequentia pau-  
cis observanda erunt.

§. IV. Interpretatio quidem est variæ generis, uti in §.  
II. observavimus; ejus tamen species, præcipue interpreta-  
tio authenticæ & doctrinalis, non semper ubique & eodem mo-  
do locum inveniunt. Prout nos rem concipiimus, interpre-  
tatio doctrinalis non est remedium ordinarium, sed extraor-  
dinarium saltem & subsidiarium, ad quod non esse recurren-  
dum, quamdui ordinarium suspetit, leges unanimiter & Do-  
ctores adserunt. Sed quid intelligendum erit per remedium  
ordinarium? Nihil aliud, quam interpretatio, quam diximus  
authenticam, quæ sit ab ipso Legislatore, verba Legis dubia &  
obscura declarante. Qui enim legem tulit, ille quoque regu-

lariter, si dubium circa eandem fere forsan obtulerit, illam explicare omnium optimè potest & debet, ne in ancipiū hærent subjecti, sed voluntas superioris clare & liquido iisdem innotescat.

§. V. Instituamus jam comparationem inter Principem & patrem familias, interque Leges ab utroque promulgatas. Quod ad Principem attinet, res facile ostendit, impossibile esse, ut in quounque casu sensuque Legis dubio ad interpretationem authenticam recurratur, in magnis præcipue territoriis, ubi Princeps omnibus ejusmodi dubiis resolvendis non sufficeret propter multitudinem suam, quin potius eo ipso a negotiis publicis & gubernaculo Reip. probe dirigendo abstraheretur. Quemadmodum ergo Princeps Magistratus constituit, qui ipsius nomine & auctoritate causas controversias ad normam justi & honesti decidunt: ita quoque Doctores in scholis, superioribus præfertim, quas Academias appellamus, eadem auctoritate Legibus dubiis interpretandis sedulo vacant, quamvis & hoc ipsum ad Judicium officium buodammodo referri possit, qui sententias ferendo simul Legum interpretes agunt, ut le interpretatione usualis originem suam de iucit. At vero Paters familias totentisque negotiis expediendis non distrahitur, cum societati saltem particulari præsit, atque propter præsentiam suam non opus habeat, ut alios vicaria potestate gaudentes, quod de Principe diximus, constituant. Ergo quotiescumque dubium aliquod occurrit, non opus est, ut Facultates Juridicæ aut scabinatus compellantur, sed ipse Paters familias facile adiri ab eoque solitudo obvenientis dubii experti potest. Hic vero nullis regulis interpretandi opus est, cum quilibet optimus verborum suorum sit interpres.

§. VI. Adferamus aliam differentiam rationem, eamque ex meditationibus Exc. Dn. Thomasi in Disp. Morum cum iure scripto contentio §. 28. seqq. ubi declarare voluit, quare interpretatio doctrinalis magis circa Leges publicas, quam quidem do-


mesti-

mesticis necessaria sit, idque exinde, quia Leges publicæ ut plurimum scripto comprehenduntur, in familia autem moribus solum vivitur, aut jussu patris familias ore prolatio. Unde quoque iussus ille Domini, tantis cavillationibus (quæ ex pseudo-interpretatione proveniunt) non est obnoxius, quam si legibus scriptis voluntate suam declaraverit. Subjicit exemplum. Moris est in aliqua familiâ, aut etiam Dominus non ita pridem iussit, ut famulorum aliquis singulis diebus statâ horâ ipsi vel iusculem aliquod, vel jentaculum adferat ac in certa parte domûs præparet; Hic nullum est dubium, quin iste famulus absque periculo vel verberum, vel reprehensionis in officio suo cessare queat, si Dominus vel peregre absit, vel ab alio famulo extra ordinem paulo ante sibi offam adferri curaverit, aut si apud amicum paulo ante jentaculum jam sumferit, & qui possunt ejusmodi casus alii plures observare. Alia longe ratio est, si Dominus per scripturam singulis servis, vel famulis, aut certo horum ordini, ordinationem aliquam officia eorum descibentem, dederit. Hic enim et si sama ratio easdem, quas recensuimus, exceptiones studeat; ista tamen conjectura non ita libera est & absque metu aut scrupulo voluntatis dominum contrarie, praesertim si clausula adjecta fuerit, quo il famuli nihil de his, que in ordinatione præscripta sunt, sine expressi voluntate Domini mutare debeant, eique qui contra fecerit, gravis poena dictetur, sine dubio enim hoc causa multi ad clara verba, à quibus nullo modo recedendum, provocabunt. Adfert quoque notum illud exemplum de Domino, qui singulas operas, quas à famulo conducedo sibi stipulabatur, scripto comprehendenterat. Cum vero aliquando bene potius, præente & faciente famulo, domum iret pedibusque officium suum non rite facientibus, in lutum procedere seque ipsum erigere non valeret, famulus Domino opem ferre nolebat, antequam prius contradictum suum insperisset, utrum in catalogo operarum promissarum & hæc in specie

72 CAP. V. DE JURISPRUDENTIA DOMESTICA.  
cie enumeretur. Quoniam ergo ex Legibus scriptis plus difficultatis, quam emolumenti, in Patrem familias upplurimum redundant; hinc ab iisdem plerumque abstinent & manu regia, ut ita loquar, familiam gubernant, & sic per consequens tanta hic interpretationis non est necessitas, quanta quidem intuitu Legum publicarum requiritur.

§. VII. Quod si tamen contingat, ut Paterfamilias vel militix, vel legationis, vel privatorum commerciorum causâ peregrinè ab sit, & tunc quidem, quid à domesticis expedendum sit, per literas prescribat, haec autem literæ, ut facile fieri potest, obscuritate aliquâ & ambiguitate laborent; tunc fâne genuinis interpretandi fundamentis opus erit, ut scilicet pro re nata lex ultraverba etiam extendatur, vel eadem ipsi, si ratio illius hoc non admittit, interdum restringatur. Hic vero nihil novi discendum, sed notæ illæ regulæ: Ubi eadem ratio, ibi eadem juris dispositio, & contra: Cessante ratione, ipsa quoque lex cessat, totam rem consciunt. Judicium saltem, ut aliâs, in interprete requiritur, ut dijudicet, an adsic eadem ratio, utrum vero illa cesseret. Quod si Paterfamilias peculiares quasdam loquendi formulas, non omnibus cognitas, adhibere solitus sit; tunc interpretatio declarativa vel iterum ab ipso Domino, vel à reliquis famulis pertenda erit.

T A N T U M!



01 A 6582



vd 18 10/1





DISSE<sup>10</sup>RAT<sup>10</sup>O JURIDICA

DE

# JURE ET JURIS- PRUDENTIA DOME- STICA,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRAN-  
DENBURGICI, ET PROVINCiarum HEREDE,  
ET RELIQUA,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE

**JACOB<sup>10</sup>O FRIDERICO**  
**LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROF. PUBL. EXTRAORD.

PATRONO SUO DEVENERANDO

Ad d. Januar. MDCCIII. H. L. Q. C.

Publico Eruditorum examini submittit

**GEORG CHRISTOPH WEISE,**

Finsterwald. Lusat.

AUTOR ET RESPONDENS.

*RECUSA, HALÆ MAGDEBVRGICÆ,*

Typos CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1711.

io.

